

pars culicis eorum. Et idem non fufficit confiderare peccata temporalia folummodo, ut malum humanum, vel infligat, feu infligat a Iudice tamquam puro homine; fed cum aliqua reflexione ad Deum, cuius Minister eft Iudex temporalis, ut docent A-belly tom. 2. cap. 5. f. 8. Tamburin. Opusc. de Confessione cap. 1. f. 6. n. 56. & alii cumulat, & laudati à Diana Coordinato d. tom. 1. traç. 3. refol. 107. f. 4. & f. 8. Noviffimè Cardenas in Crifi Theolog. Differt. 2. cap. 6. n. 70. Dicitur Cum propofito amplius non peccandi; nam tale propofitum requiritur de neceffitate à Concilio Trid. d. f. 14. cap. 4. ad validitatem Attritionis, ibi: Si voluntatem peccandi excludas; fcilicet tam de præfenti, quam de futuro, ut bene notat Emin. Card. de Lauræa d. difp. 9. art. 3. f. 8. Sed utrùm hoc propofitum debeat efle formale, & explicitum? an verò fufficiat implicitum, & virtuale in dolore, & defertatione culpam? attendatur ea, que diximus fupra de propofito in contritione Decif. XIII. num. 17. non eft enim in hoc differentia inter Contritionem, & Attritionem, ut notat etiam Summa Diana Verb. Attritio num. 9. Dicitur in definitione Cum spe venie; nam, prout didicim effe fupra de contritione, oportet, ut peccator attritus fperet veniam à Deo, illamque petat à Mifericordia Divina; nihil enim valeret timor gehennæ, aut Iudicis æterni, quando peccatis desperaret remiffionem fuarum iniquitatum. Reginald. d. lib. 5. num. 73. ubi dat exemplum Felicis Præfidis Judææ, de quo Act. 24. coram quo, & Druffilla uxore fua, difputante Apoftolo Paulo de Iuftitia, & caftrato, & de futuro iudicio, tremefactus Felix refpondit: Quod nunc attinet vade, tempore autem opportuno accerfiam te. Inguerat enim horror, timor, & tremor in cordibus eorum peccata, ut de venia fperem non haberent. Druffilla erat filia Herodis Agrippæ, à quo occifus Jacobus Apoftolus, & detrusus Petrus in carcere. Pulcherrima inter mulieres Hebræas nupfit Epiphani filio Antiochi Regis Commagenæ gentili cum pacto, ut fe circumcidere; fed deinde id recufavit, unde Druffilla diverfit ab ipfo, & nupfit iterum Azizo Regi Emefenorum circumcifo. Ad follicita ab eodem Præfide Felice, ejus amore capto, cum illo tertias nuptias contraxit, à Judaica paterna religione defiliens. Utrumque Apoftolus Paulus redarguit de iuftitia, & caftrato, & de futuro iudicio; nam uterque, Felix feilicet, & Druffilla pluribus erant maculati injuftitiis, ac extorfionibus, nec non luxuriis, & adulteriis; & quamvis tremuiffent, audientes Apoftolum loquentem de futuro iudicio, inutilis fuit illorum tremor, & timor; quia fperem non habebant veniæ. Reginald. d. lib. 5. num. 72. Tirinus in Act. Apoft. cap. 24. Cornelius à Lapide ibid. & Menochius in eund. traç. lib. 3. c. 7. Additur in definitione: Sufficiens in Sacramento Pœnitentiæ ad remiffionem peccatorum obtinendam, videlicet ipfa Attritio feu actus Attritionis, circa quem effectum ejuſdem Attritionis remittendi peccata in Sacramento notandæ, & explodendæ funt tres opiniones Theologorum veterum, qui contrarium autumabant, relatæ à Cardena in Crifi Theologica traç. 6. de Sac. Pœnit. difp. 49. c. 1. & 2.

Prima opinio erat, Attritionem nunquam fufficere, neque cum Sacramento, ad iuftificationem; fed requiri contritionem. Ita DD. undecim apud Suarezium tom. 4. in 3. part. D. Thome difp. 20. n. 1. & 3. Horum aſſertionem refellit Concilium Trid. d. f. 14. cap. 4. ubi decrevit, quod Attritio, quamvis sine Sacramento Pœnitentiæ impetrandam difponit. Quare omnes Neoterici abſque ulla hæſitatione ita tenent, Leffius in addit. D. Thome quæſt. 1. dub. 1. Reginald. d. lib. 5. n. 73. Emin. Card. de Lugo

de Pœnit. difp. 5. n. 133. & de Lauræa eod. traç. difp. 9. n. 146. Maſtrius in 4. Sent. d. difp. 5. n. 170. Et in Theol. Mor. difp. 21. n. 43. Gobat d. traç. 6. num. 48. nec non Diana Coordinatus d. tom. 1. traç. 3. refol. 107. & refol. 108. Et omnes Moraliftæ, nullo excepto, itaut mirum fit, quod invenim Ivenim re-aſſumat, ac defendat diftam primam opinionem in d. Differt. 6. q. 4. cap. 2. art. 3.

Secunda opinio erat, eatenus valere Attritionem cum Sacramento ad iuftificationem, quatenus pœnitens putaret eam efle contritionem; & fecus fi cognofceret illam efle Attritionem. Ita aſſerebant DD. quos notat Cardenas d. difp. 49. cap. 1. num. 2. Sed hæc quoque opinio rejicitur communi calculo DD. quos recenſet Suarez d. difp. 20. f. 1. num. 9. & moderni mox allegati, præcipue Gobat d. traç. 6. num. 50. & Maſtrius in 4. Sent. d. difp. 5. num. 170.

Tertia tandem erit opinio, quod faltem in articulo mortis non fufficiat Attritio quamvis cum Sacramento Pœnitentiæ; fed conſentens peccata fua in eo articulo fit obligatus elicere actum contritionis. Hujus opinionis defenſorem facit Garamuelem Cardenas d. difp. 49. cap. 2. num. 5. & feq. ea ratione, quia debet homo tunc temporis conſulere fuæ ſaluti æternæ pro opinione magis probabilem, quæ eſt hæc de Contritione, relicta minus probabili, quæ reputatur illa de Attritione. Nihilominus ſpendendam efle hanc opinionem tamquam non veram ait Cardenas ibid. cap. 3. & 4. num. 23. quia indubitabile eſt, ſtante definitione Concilii Tridentini, quod ſola Attritio ſufficiat recipiendam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ, etiam in moribundis; & idem demonſtrat in Crifi fuper Propofitionibus damnatis Differt. 2. cap. 6. num. 61. cui adſtipulantur Card. de Lugo ubi fupra difp. 7. f. 13. Mendezius in Luce fidei lib. 12. cap. 11. n. 6. & Gobat d. traç. 6. num. 51. 52. & 53. ubi tamen ſubdit, laudandos efle Confefſarios, qui excitant pœnitentes in articulo mortis ad actum Contritionis; quod ego intelligerem ob præceptum charitatis in Deum, eo tempore perſolvendum, non ob dubium validitatis Sacramenti Pœnitentiæ cum Attritione ſufcepti.

Quo ad Quartum, Si querimus differentias inter Contritionem, & Attritionem? Sciendum eſt, plures plura dicere, nempe in eo differre, quod Attritio fit dolor minus intenſus, vel minor durationis, quam fit Contritio; vel quod non debeat de omnibus mortalibus peccatis, vel non habeat firmum propofitum non peccandi, ſicut Contritio. Sed hæc funt nugæ: nam in his omnibus conveniunt Contritio, & Attritio, ut probat Emin. Card. de Lauræa d. difp. 9. de Pœnit. art. 3. per plures f. f. Igitur in duobus tantum differunt inter fe Attritio, & Contritio. Unum eſt, quod Contritio eſt dolor de peccatis propter Amorem Dei; Attritio verò eſt dolor ob timorem peccatum. Alterum eſt, quod Contritio de per fe juſtificat peccatorem, & remittit ejus peccata cum ſolo voto confitendi. Attritio verò abſque Sacramento Pœnitentiæ realiter ſufcepto non delet peccata. Ita Maſtrius in 4. Sent. d. difp. 5. num. 166. & in ſua Theologia Morali d. difp. 21. num. 43. Gobat in Theol. Experim. d. traç. 7. num. 55. Volpi refol. 44. num. 7. & Collegium Salmantic. d. traç. 6. de Pœnit. cap. 1. num. 17.

Quo ad Ultimum, An Attritio poſſit fieri Contritio? Diftinguenda eſt Attritio, de qua loquuntur moderni poſt Concilium Trid., ab Attritione de qua loquebantur DD. Antiqui ante Concilium. Antiqui vocabant Attritionem dolorem perfectum de peccatis ob amorem Dei uſque ad punctum, & inſtans temporis, in quo Deus inſundebat gratiam juſtificantem in anima ita dolente; in actu verò inſuſionis gratiæ, non amplius vocabant dolorem illius Attritionem, fed Contritionem; & in hoc, ſenſu dici poſſet, quod Attritio

tritio poſſet fieri Contritio: At in ſenſu, in quo moderni nominant Attritionem, nempe dolorem procedentem ob timorem peccatum, nunquam Attritio poſſet fieri Contritio; fed tantummodo dici poſſet, quod peccator attritus virtute Sacramenti fit contritus. Attritio non fit Contritio, quia ſubſtantia Contritionis conſiſtit in motivo dolendi ob amorem Dei, Attritionis verò natura in dolore ob timorem; & hæc natura, & hoc motivum non mutatur per inſuſionem gratiæ juſtificantis in Sacramento. Porro quia per abſolutionem Sacramentalis attritus obtinet eandem gratiam, & eundem effectum, quem conſequitur ante abſolutionem peccator contritus; hinc eſt, quod verè dicitur, attritum fieri contritum virtute Sacramenti. Ita Emin. Card. de Lauræa d. difp. 9. art. 3. Maſtrius in 4. Sent. d. difp. 5. num. 168. & in Theologia Morali d. difp. 21. num. 44. & 45.

Niſi dicere velimus, quod Attritio nempe dolor imperſectus ob timorem peccatum, quamvis talis ſit ab initio, paulo poſt fiat Contritio; quia mutat timor in Amorem; & Amor ſuccedit timori ex conſideratione, quam facit pœnitens excellentiæ, ac amabilitatis Dei ab ipſo offenſi. Dat exemplum S. Auguſtinus de Seta; (vulgò Seta, qua utuntur calcarii, & calcorum ſutores in iis ſuendis) in cap. Sicut ſeta, de Pœnit. diſt. 2. dicens, quod ſicut ſeta introducitur ſinum, vel acus ſilum, ita timor inducit charitatem; non enim ſtant ſimul in calceo, vel in veſte, ſeta, ſeu acus, & ſinum, hoc eſt ſilum; ſiquidem ingreditur primùm ſeta, vel acus, & eaque, vel illo exente intrat ſinum, vel ſilum. Ita in homine attritus intrat in cor ejus timor peccatum; qui diſcedit, cedendo locum charitati, & amoris erga Deum; & ſic dum intrat charitas erga Deum in cor hominis pœnitentis Attritio fit Contritio. Et hoc eſt, quod docuit Viguierus de Sacram. Pœnit. cap. 16. pluribus annis ante Concilium Tridentinum, ſcilicet: Poſtquam aliquis fuit Attritus fit Contritus, Attritione deſiciente eſſe propter aliud principium, ſive obiectum ſuperveniens, quod eſt timor ſilialis, vel Deum ſummè dilectus. Et dat hanc ſimilitudinem, ſicut ex manu fit merities, recedentibus videlicet tenebris, & tenuiori luce Auroræ per excreſcentiam, & magnitudinem fulgoris è Solaribus radiis permanantis, per quem denotatur Amor divinus, ſuccedens timori figurato in exili Auroræ lumine. Et hæc fatiſ ſint de Attritione, & de prima parte materiæ proximæ Sacramenti Pœnitentiæ.

DECISIO XV.

ARGUMENTUM.

Differit de variis ſignificationibus hujus vocis Confefſio. Et de illa generali, qua incipit Confiteor. Exponitur triplex Confefſio hominis, id eſt Commertii, Forenſis, & Sacramentalis. De differentia vocis humanæ, & brutorum. Definitio Confefſionis Sacramentalis, & ejus copioſa declaratio. Catechumeni an teneantur præcepto Confefſionis? Lepida Confefſio cujuſdam mulierculæ. An liceat confiteri peccata non Voce, ſed Scripto? Plura alia quaſita curioſa, ſed ſcitu neceſſaria Confefſariis. De eorum tam ſæcularium, quam Regularium approbatione. Quod ſimplices Sacerdotes non poſſint abſolvere à Venialibus ex Decreto Innocentii XI.

SUMMARIUM.

- 1. Confefſio. Plures hujus vocis ſignificationes.
- 2. Ethiope non recitant Confiteor in principio Miſſæ.

- 3. Confiteor in Miſſa dicebatur etiam in primitiva Eccleſia.
- 4. Mortales in Confiteor non poſſunt dicere, & Tibi Mater, neque vobis Sorores. Et Cur?
- 5. Confiteor quando non dicatur in adminiſtratione Euchariſtiæ?
- 6. Confiteor, &c. quid proſit?
- 7. Attritio extra Sacramentum Pœnitentiæ an delect venialia?
- 8. Homini tantum eſt loqui, non etiam brutorum.
- 9. Confefſio Forenſis que, & quotuplex ſit? Et quando faciat plenam probationem?
- 10. Confefſio Sacramentalis quid ſit?
- 11. Conſitendi peccata methoſi, aut formulæ damnandæ.
- 12. Obiurgatio Confefſarii rigoroſi facta à P. Daniele Bartoli.
- 13. Confefſio Sacramentalis debet eſſe voluntaria.
- 14. Plebes non ſua, ſed aliorum peccata conſitentur.
- 15. Confefſio Sacramentalis inſtituta à Chriſto Domino.
- 16. Catechumeni an teneantur confiteri peccata ſua?
- 17. Dolore deſiciente Confefſio eſt nulla, & invalida.
- 18. Infirmi magis dolent de infirmitate, quam de peccatis.
- 19. Hiſtoricæ narrationes in Confefſione evitandæ.
- 20. Caroli Caſalichii lepida relato de Muliere biſtoricè conſuetæ.
- 21. Vocalis debet eſſe Confefſio. Num per ſchedulam?
- 22. Laico an conſtitendum, deſiciente Sacerdote?
- 23. Interpretem an quis cogatur adhibere in Confefſione?
- 24. Scribenda in papyro peccata an à debili memoria?
- 25. Papyrum cum peccatis pro Confefſione reperiens ad quid teneatur?
- 26. Litteris non poſſet abſens confiteri. Exceptio quedam.
- 27. Sacerdotes non approbati ab Ordinariis, Confefſiones non audiunt.
- 28. Approbatio in quibus conſiſtat? Et à quibus danda?
- 29. Regularium Confefſiones à quo audiendæ?
- 30. Venialia non abſolvuntur à Sacerdotibus non approbati.
- 31. Signum Confefſionis indiſpenſabile.
- 32. Conſitiones Confefſionis Sacramentalis, que, & quales?
- 33. Circumſtantia peccatorum que explicandæ? & que non?
- 34. Claves Eccleſiæ que, & quales ſint?
- 35. Forma Sacramenti Pœnitentiæ, quanam ſit?
- 36. Reſervatio Caſuum neceſſaria.
- 37. Reſervatio ceſſat in articulo mortis.

POſt primam partem materiæ Sacramenti Pœnitentiæ, quam hæcufque explicavimus, ſcilicet dolorem in pœnitente, ſive perfectum, qui vocatur Contritio, ſive imperſectum, qui dicitur Attritio, ſequitur ſecunda pars ejuſdem materiæ, nempe Confefſio; quæ quidem Vox plures habet ſignificationes. Primò enim Confefſio ſignificat gratiarum actionem, quæ fit Deo pro ejus beneficentiis, de qua frequenter David in Pſalmis, juxta hortationem illam: Conſitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum Mifericordia ejus. Pſalm. 125. 1. & quod ait Chriſtus Dominus Matth. 11. 25. Confiteor tibi Pater, Dominus Cæli, & terre. Secundò denotat profeſſionem fidei Catholicæ coram Tyrannis, de qua Matth. 10. 32. Qui me confefſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego cum coram Patre meo. Et Apoftolus ad Rom. 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem

confesso fit ad salutem. Tertio innuit recitationem divinarum laudum in templo, & de hac habetur 1. Paralip. 23. 30. *Levite vero stent manû ad confitendum, & canendum Domino: similiterque ad Vesperam. Quæ importat Orationem mentalem; & de hac agebat Daniel 9. 4. Et oravi Dominum Deum meum, & confessus sum.* Et de hac intelligebat Pfalter, quando petebat Psalm. 141. 8. *Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo.* Idem ad laudandum te intellectualiter, ut interpretatur Emin. Card. de Lauræa de Pœnit. disp. 10. num. 1. Quinto hæc vox Confessio indicat locum Ecclesiæ, in quo reponuntur Corpora seu Reliquiæ Sanctorum Martyrum, græcè *μάρτυρων*, Magrius in Hierole. V. Confessio; quamvis Martyrum sæpe accipiatur pro toto ambitu Ecclesiæ, seu Oratorii, ut observat Emin. Card. Baronius in notis Martyrolog. ad diem 6. Julii, Verb. *Cum ad Confessionem.* Sexto repræsentat Reliquiarium, in quo Reliquiæ Sanctorum, eorundem Martyrum collocantur, quia ipsi Martyres Confessores appellabantur in primitiva Ecclesiâ, ob generosam fidei confessionem ab ipsis factam coram Præsidibus, & Magistratibus. Glofa in c. Importuna. §. Martyrium de Pœnit. dist. 1. Et in c. Baptismi §. Crucifixus, de Consecr. dist. 4. Magrius d. Verb. Confessio, ubi allegat auctoritatem Anastasii Bibliothecarii, qui refertur condimentum Reliquiariorum pro Reliquia S. Laurentii Martyris, ait: *Fecit Confessionem B. Laurentii Martyris ex argenteo pensantem libras centum.* Quod refert etiam Illustriss. Sarnellius in sua Basilicograph. cap. 34. Et Castiodorus Episc. 3. exaltat Urbem Principum Apostolorum Confessionibus ditatam, idest thecis argenteis continentibus Reliquias Sanctorum. Septimo Confessio dicitur prima pars Missæ, quia in ejus principio recitatur Confiteor, idest generalis verbis fit confessio culparum cogitationis, verbi, & operis tum à Celebrante, tum à Ministris; quam quidem Confessionem fuisse institutam à Sancto Damaso Papa Anno 367. aliqui volunt; alii verò à Sancto Pontiano Papa Prædecessore Anno 233. teste Bernone de Officio Missæ c. 25. & Magrio ubi sup. col. 2. ubi subdit, quòd Æthiopes in Missæ principio non recitant Confiteor, sed ejus loco dicunt Psalmum 68. *Sabnum me fac Deus.* Idem refert Emin. Card. Bona *Rerum Liturgic. lib. 2. c. 2. n. 3. & 4.* affirmans esse antiquissimum ritum, quòd generalis Confessio antecedit Missam; eandemque Confessionem extra in Liturgia D. Jacobi Apostoli, ac D. Marci Evangelistæ, S. Basilii Magni, & aliorum plurimorum Veterum Missalium, diversis tamen verbis, ac formulis, ab illa, qua nos nunc utimur, & quam Confiteor vocamus, in qua nomina SS. Patronorum non esse addenda advertit Magrius ubi supra; Monialeque non posse dicere *Confiteor Tibi Mater*, seu, *Confiteor Sorores*, ex Decreto S. Congr. Rit. 8. August. 1629. quia cum Ecclesiâ loqui intelliguntur. Concordat in relatione prædictarum vetustissimarum Confessionum, tum in Missa, tum ad Primam in Horis Canonicis Biffus in Hierurgia lit. C. Verb. Confiteor n. 453. & 455. & in lit. P. Verb. Preces n. 196. §. 7. Adde in lit. C. Verb. Communionem. 384. quòd Confiteor recitari semper debet ante administrationem Sacrosanctæ Eucharistiæ sive in Missa, sive extra; excepto, quando in Missa communicandus sit aliquis Episcopus, vel Cardinalis, aut alius Prælati etiam Regularis, tunc enim non dicitur Confiteor, neque Miseratur; neque Indulgentiam. Idem Biffus lit. P. Verb. Prælati num. 184. §. 2. sed omnibus omnis porrigitur prædictis Sacra Synaxis, dicendo Corpus Domini Nostri Jesu Christi, &c. Hæc omnia confirmat Bauldr. in Manuale Sac. Ceremon. part. 3. tit. 11. cap. 8. art. 10. num. 8.

Secundum alios: Ad quid dicitur Confiteor, & quid valet illa generalis Confessio vel in principio Missæ, vel in Horis Canonicis ad Primam, & ad

Completoarium; vel ante susceptionem Sanctissimæ Eucharistiæ? Respondet S. Thomas 3. p. q. 87. art. 3. in Corp. quòd valet ad remissionem peccatorum venialium; & idem ait Glofa in Can. 40. de Pœnit. dist. 1. in fine, & eadem ratione, quia fit cum detestatione eorundem, expressam per unitionem peccatorum; licet enim non sit levis controversia inter Theologos, an sola Attritio de Venialibus, extra Sacramentum Pœnitentiæ deleat ipsa Venialia? ut videre est apud Gobatum d. trad. 6. à n. 235. & seqq. probabilior censetur affirmativa, quam tueri cum pluribus DD. Dicastillus de Sacram. tom. 2. trad. 8. disp. 2. dub. 17. n. 402. & amplectitur ipse Gobat ibid. n. 237. cò quòd omnis Attritio est vera retractatio prioris delicti: & consequenter in homine justo, non habente mortalia peccata, est adus meritorius, ac satisfactorius; & ita tenent alii plures, quos cumulat, & sequitur Diana Coordinatus tom. 1. trad. 3. resol. 105. & 106. Hinc est, quòd dicitur Confiteor, ter percuntur sibi peccata, in signum doloris ob offensam Dei, quem ritum provenisse ab Apostolis tradidit Navarrus de Horis Canonicis cap. 4. ad imitationem Publicani, qui percutiebat sibi pedus dicens, *Deus propitius esto mihi peccatori.* Luc. 13. quòd observat Biffus lit. P. Verb. Pedus; num. 100. ubi plures alios sensus mysticos de dicta peccatorum unitione registrat; nec non Magrius in Hierole. d. Verb. Confessio.

Octavo tandem hæc Vox Confessio significat manifestationem conceptum internum, quos homo habet in corde suo; & hæc est triplex: Una Commercialis, alia Forensis, tertia Sacramentalis. Prima est, qua utuntur homines loquentes, & scribentes, ut aliis hominibus suas intentiones, & conceptus inter nos notos faciant, & commercium humanum recipere servant; sermo enim isti homini proprius est, ut per hunc à brutis secernatur. Arist. lib. 4. de Hist. Animal. cap. 9. & lib. 5. de Generat. Animal. cap. 7. Et quamvis Picæ, ac Pitaci videantur loqui loquela humana, tamen propriè non loquuntur, quia non profertur verba cum imaginatione significandi id, quòd sonant illa verba; pariterque, etsi Bruta animalia emittant voces ad indicandas suas internas passiones, ex quarum observatione intelliguntur tum ab homine, tum ab aliis animalibus ejusdem speciei; ideoque Venator ex latratu diversitate advertit Canem modò querere prædam, modò invenisse, ac cepisse; modò temerè vagari; & bubulus ex vario borbis mugitu intelligit, nunc vitulum querere, modò eferire, vel fitire, & nunc in venerem inclari; prout etiam mulierculæ cognoscunt à voce gallinarum, quando cupiunt emittere ovum, & quando emiserunt, quando pullos alliciant, & quando cibum petunt; & sic de aliis; nihilominus hæc brutorum voces indicantes eorum passiones, seu appetitus, non sunt sermones, aut discursus similes sermoni, ac discursui hominis; qui loquitur per litteras articulas ex litteris vocalibus, & consonantibus compositas, artificiosè, & ad sui beneplacitum, quòd facere nesciunt, neque valent eadem bruta; ut doctè disserit Mastrius in sua Philosophia lib. de Anima, disp. 5. à n. 125. & seqq. Neque obstant exempla, quæ habentur in Historia Sacra, & profana de animalibus, articulatè locutus, ut de Serpente ad Evam Gen. 3. 1. de Asina ad Balaam Num. 22. De Cane Simonis Magi, quem refert Nicephor. lib. 2. cap. 27. de alio etiam Cane humana voce loquente, quem suo tempore fuisse commemorat Grillandus de Sortileg. cap. 7. num. 23. Et de Corvo Austraco apud Sybillam. Decad. 3. cap. 5. q. 1. & apud Schotum in Physica curiosa lib. 4. cap. 12. §. 3. in fine. Quia prædicta bruta opè Dæmonis loquebantur, excepto jumento Balaami, cuius lingua ab Angelo movebatur, ut scribit Cornelius à Lapide d. Num. 22. Vers. 18. adducens ibi aliud exemplum hypocoentauri, qui loquela humana in deserto docuit S. Antonium viam

viam pergendi ad S. Paulum primum Eremitarum. Secunda manifestatio interni conceptus hominis est Confessio Forensis, qua utuntur litigantes ad probationem suam intentionem, sive actionem; & est duplex, vel Extrajudicialis, quando quis aliquid confessus est extra iudicium coram duobus saltem testibus, de cujus efficacia differit Jordanus tom. 3. lib. 14. tit. 16. de Confessis; vel est Judicialis, id est facta in iudicio, & coram Iudice; quæ pariter est duplex, vel in iudicio Civili, & hæc si sit acceptata à parte facit plenam probationem, stante regula, quòd nulla major probatio, quam proprii oris Confessio. text. & DD. apud Barbofam in Axiomat. Juris Axiom. 49. nisi aliquo defectu vel personæ, vel rei laboret, ut demonstrat Jordan. ibid. à num. 44. & seqq. vel in iudicio Criminali, & hæc sufficit ad condemnandum reum, nisi ejus confessio fuerit extorta per interrogatoria suggestiva; vel per torturam non præcedentibus legitimis indicibus, ut docent Criminalistæ, inter quos Farinacius de Reo Confesso, q. 81. novissimè Conciolus in Resolutionib. Criminal. Verb. Confessio, resol. 2. & 3. At his omnibus relictis, tamquam ad præfentes Decisiones non pertinentibus.

Tertia manifestatio interni conceptus nuncupata Confessio est Confessio Sacramentalis, de qua in præfatis agimus, tamquam secunda parte materiæ Sacramentum Pœnitentiæ, quam ut perfectè, ac clarè generat attendere ad ejus definitionem possit, debet diligenter attendere ad ejus definitionem; quæ est huiusmodi. Confessio Sacramentalis est Accusatio laboriosa, sed voluntaria priorum peccatorum, à Christo Domino instituta; quam facit homo Christianus contritus, vel saltem attritus, purè, & voce ad Aures Sacerdotis, à legitimo Superiore ad hoc deputati; & illam sub sigillo involvibili audientis, ad effectum ut concurrentibus necessariis conditionibus, & circumstantiis, eadem peccata virtute Clavium Ecclesiæ, ac abolitionis beneficio sibi remittantur, dummodo Superioribus non sint reservata. Breviter percurramus verba huius definitionis, & eorum explicatione, & intellectu manifestata fit tota natura, ac essentia Sacramentalis Confessionis.

Dicitur primo, quòd Confessio Sacramentalis est Accusatio, quia penitens, dum confitetur peccata sua, debet seipsum humiliter de iisdem accusare, prout fecit David, reprehensus à Propheta Nathan 2. Reg. 12. qui respondit, *Peccavi Domino.* Et ex hoc verbo Accusationis damnantur omnes methodi, quos nonnulli tenent, dum confitentur; videlicet, 1. Quia peccata sua recitant, & narrant per modum historiæ, e. g. Patet, fornicatus sum bis, blasphemavi septies; & sic de aliis absque ullo dolore, vel verecundia. 2. Eo magis si gloriantur de peccatis, quæ recitative, & historice exponunt, juxta illud Prov. 2. *Letantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.* 3. Qui reculant manifestare terrepelluntur, sed expectant, ut à Confessario inablegandus, potissimum in Monialibus. 4. Qui pam vel in naturam suam, vel in fortunam, vel infatum, vel in dæmonem, vel in quos est species existantem peccandi, in ipsum Deum, quasi causantem ne cessitent peccandi, injungendo nimis ardua; ut 6. num. 2. Reginaldus in Praxi lib. 2. num. 1. & Mastrius in Theol. Moral. disp. 21. num. 149.

Dicitur secundo, quòd hæc Accusatio est laboriosa; testantur enim Doctores, quòd in Evangelica Lege nullum præceptum eiat tam grave, quam istud Confessionis Sacramentalis. Gobat trad. 7. n. 322. & de hoc argumento extat titulus, & eruditus Sermo P. Danielis Bartoli Soc. Jesu in libello Penitentiarum Sacrarum, typis impresso Venetiis Anno 1685. per

Gasperem Stortum, ubi Serm. 3. pag. 95. invehit contra indiscretum Confessarium, qui repulerit nimia severitate penitentem quemdam ad ejus pedes prostratum; ostenditque quanto labore ad eum accesserit, quòd tentationes non accedenti superaverit; inferens inde quanta charitate, suavitate, & patientia uti debeant illi, qui ad Confessiones peccatorum excipiendas sunt deputati; Ne convertant in abyssum iudicium. Anos cap. 5. considerantes, quòd Cum increpatio immoderata accenditur, (ut ait S. Gregor. Pastoral. lib. 2. cap. 10.) corda delinquentium in desperatione deprimuntur. Hinc de qualitatibus Confessarii Gobat trad. 7. num. 203. notat hos Verfus:

*Confessor dulcis, affabilis, atque suavis, Prædens, discretus, mitis, pius, atque benignus.* Dicitur tertio, quòd est Accusatio voluntaria, juxta illud: *Voluntariè sacrificabo tibi, Confitebor nomini tuo Domine.* Psalm. 53. 8. non enim debet esse coacta, sed spontanea ex impulsu Spiritus Sancti, moventis cor hominis peccatoris ad penitentiam, prout fecit Maria Magdalenæ, quæ; *Ut cognovit, quòd Jesus accubasset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguentis, & stans retro secus pedes ejus, lacrimis cepit rigare pedes ejus, &c.* Luc. 7. 37. Deo enim acceptissima est spontanea priorum criminum accusatio propter illam erubescientiam, & confusionem, quam patitur penitens, de qua scriptum est Eccl. 4. 25. *Est confusio adducens gloriam, & gratiam.* E contra qui differt confessionem usque ad mortem, non voluntariè, sed coactè videtur confiteri, & de ejus valore valde est timendum; nam Penitentia servanda vera: e ratione, quia: *Qui prius à peccatis relinquitur, quam relinquit ea, non liberè, sed quasi ex necessitate condemnatur.* cap. Nullus de Pœnit. dist. 7. de qua tarda, & coacta Confessione videndus, & legendus Paulus Segnerius in Christiano Instruendo part. 3. Serm. 1. n. 13. & seqq.

Dicitur quarto priorum peccatorum, non autem alienorum, ad confutandum vitium, quòd invaluat in plebe, ex defectu instructionis, de qua Parochi non sunt solliciti, accusandi scilicet non sua, sed aliena peccata; nempe, ut ait Reginald. d. lib. 2. num. 2. *Viri uxorum, Uxores Virorum, Servi Dominorum, alii aliorum.* Porro ad confessio esse debeat non solum à peccatis Mortalibus, verum etiam de Venialibus; adeò, utrum ille teneatur confiteri, quamvis in articulo mortis constitutus, qui habet tantum peccata Venialia? examinabimus infra Decif. XXXIII.

Dicitur quinto, quòd hæc accusatio, quæ est confessio priorum peccatorum, est à Christo Domino instituta; ut de fide definitum est à Concilio Tridentino sess. 14. cap. 1. & ostendimus supra Decif. XII. num. 2. tunc enim Christus Dominus Sacramentum Pœnitentiæ instituit, quando à mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos, dicens: Jo. 20. 23. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt:* in quibus verbis non solum constat de auctoritate concessa Sacerdotibus, qui succedunt in locum Apostolorum, remittendi peccata per absolutionem ab eis, sed etiam de obligatione penitentium manifestandi eadem peccata; & de ipsè accusandi coram Sacerdotibus: non enim possunt rectè judicare de iisdem peccatis, nisi illa cognoscant; & cognoscere non possunt, nisi penitentes illa aperiant; quare tenentur de jure divino, & ex institutione Christi Domini illa aperire. Tirinus in Indice Controvers. Fidei, de Penitent. Controv. 23. num. 7. Casaluis de Veter. Sac. Christi. Ritib. cap. 24. Eminentiss. Card. de Lauræa de Pœnit. disp. 23. art. 4. & latè Eminentiss. Card. de Lugo eod. trad. disp. 15. sect. 1. per totam, ubi refert, & confutat errores hæreticorum contra hanc veritatem.

ritatem. Noviffimè Ivenim de Sacram. Pœnitent. Differt. 6. quæst. 5. cap. 1. art. 3. per totum. Et Martius in 4. Sent. disp. 5. num. 430. & 431.

Dicitur sextò Quam (Confessione) facit homo Christianus; quia infideles non tenentur tali Confessione præcepto. Martius d. disp. 5. num. 436. & idèd Catechumeni antequam baptizentur, non sunt obligandi ad Confessionem suorum peccatorum, ut docet S. Thomas 3. p. q. 68. art. 6. & notat Biffus in Ritururgia litt. B. num. 17. §. 15. Neque obstat, quod referunt Evangelistæ Matih. 3. 6. & Marc. 1. 5. de illis, quos baptizabat S. Joannes Baptista, quòd scilicet baptizabantur ab eo in Jordane Confiteutes peccata sua. Ergo si illi confitebantur peccata ante baptismum Joannis, eò magis confiteri illa debent Catechumeni antequam recipiant baptismum Christi. Nam respondet Barradas in Concord. Evangel. tom. 2. lib. 1. cap. 4. pag. 23. his verbis: Dubium est, num peccata flagitium Confitentur, an generalium peccatorum se esse, & peccata multa commiffisse profiterentur? Cajetanus Marc. 1. sic respondet: Confitebantur peccata non in specie, sed in genere, protestando se peccasse; computando se ipsos non inter justos, sed inter peccatores. Hæc illè. Abulensis idem sentit Matih. 3. q. 54. Subdit deinde, Tertullianum, & alios Doctores opinatos esse, quòd in specie confiterentur peccata omnia; alios verò credidisse, quòd non omnia, sed tantum graviora; ut reciperent à Baptista monita salutis, & condigna opera penitentialia, ac satisfactoria. Cæterùm quiddam tunc esset de Confessione culparum, quam faciebant Baptizandi à Joanne; illa non erat Sacramentalis; Et hæc absque dubio non est præmittenda à Catechumenis, quia à solo homine Christiano, ac baptizato est facienda, tùm quia Baptismus est janua aliorum Sacramentorum; tùm etiam quia in Baptismo non imponitur Penitentia, neque opera satisfactoria, cum ob virtutem Passionis Christi deleantur in Baptizato omnia peccata quò ad culpam, & quò ad penam, ut probat S. Thom. d. p. 3. q. 68. art. 6. & tantummodo requiritur in eo, qui baptizatur, saltem attritio, dolor scilicet imperfectus de commissis peccatis, cum eorumdem detestatione, & proposito ab eis abstinendi; Et tunc virtute Baptismi ex attrito Catechumenus fit contritus, consequitur effectum Sacramenti, nempe gratiam, & remissionem omnium peccatorum. Concil. Trident. sess. 6. de Justific. cap. 6. Biffus d. litt. B. num. 17. §. 15. Hæc dicta sint pro usu nostro temporum; siquidem incitari non possumus, aliter servatum fuisse in primis sæculis Ecclesiæ, in quibus plurimi alii ritus erant in usu circa Sacramenta, & præcipue circa Baptismus, ut demonstrat Illustr. Episcop. Sarnelius Epist. Ecclesiast. tom. 2. Epist. 32. ubi fatetur, Catechumenos consuevisse confiteri peccata sua non Sacramentaliter, neque ad obtinendam absolutionem; sed ut edocerentur à Sacerdotibus Catechisticis remedia opportuna ad malas inclinationes superandas, & habitus perverfos evellendos.

Dicitur septimò Contritus, vel saltem Attritus; quia, ut demonstratum est supra Decif. XIII. & XIV. est necessarius in Confessione Sacramentali dolor de peccatis, vel perfectus ex amore Dei, vel imperfectus ex ejusdem Dei timore; cum detestatione tamen, & proposito se emendandi, qui dolor debet comitari eandem Confessionem, vel physicè, vel moraliter, ut docuimus ibidem; adeò ut si dolor deficiat, Confessio fit invalida, cum obligatione illam reiterandi, ac repetendi. Eminentiff. Card. de Lugo de Pœnitent. disp. 16. num. 597. Itaut non fit satis habere voluntatem, & desiderium dolendi de peccatis, nisi actualiter peccator doleat, ut probat Gobat tractat. 6. in appendice sub num. 170. Idcirco cauti sint Confessarii in excitandis

penitentibus ad actualem dolorem, & detestationem criminum, præcipue in articulo mortis, quò tempore, ob afflictionem morbi, penitentes magis dolent de infirmitate corporis, quam de offensa Dei, & de periculo animæ; unde plurimi damnantur. Exemplum refert de Canonico Parisiensis hæc de causa ad inferni penas damnato, et si confesso, ac aliis Sacramentis munito, Anton. Daurout. in Catechismo Historiali cap. 5. titul. 36. Exempl. 9. & alia plura, eaque tremenda, ac timenda cumulat Jo: Dominicus Ottonellus de Christiana Charitate cap. 2. quibus addere possumus, quod legitur in c. Si quis, & c. fin. de Pœnit. dist. 7. dubium scilicet esse salutem illorum, quos non ante, sed post agnitivum penitentem, de quibus Navarrus in Enchirid. cap. 1. num. 19. & Reginald. lib. 5. num. 23.

Dicitur octavò purè; quia voce intelligimus, Confessionem culparum in Sacramento Penitentiæ esse faciendam absque furo verborum imperitientium, & absque relationibus historicis, tendentibus, ut plurimum, ad executionem ipsius penitentis; & omiffis penitus superfluis narrationibus, ut optimè notat Suarez de Pœnitent. disp. 12. sed. 10. num. 1. Joan. Sancius in Select. disp. 1. à num. 4. & segg. & Gobat dist. tract. 6. num. 530. Lepidus, mehercule, est casus, quem narrat P. Carolus Casalhehus in suis Argutis Moralibus Centur. 1. Decad. 3. Argut. 2. cunctis mulieris, que mane Resurrectionis Dominicæ, confessionale Parochi, magna penitentium cætera stipata, ingressa, cepit rogare, ut patienter audiret ejus peccata; & exordiat à Confessor (adjectis in eo plurimis Sanctorum nominibus) narra- re cepit, proluxa ferè verborum, suam malam fortem, eò quòd secundò nupter virò diabolo, ebrioso, perverso, ac crudeli, illam sæpe absque causa verberanti; quam primus maritus amabat, colebat, & favoribus prosequēbatur. At eam interrupti Confessario, ac dicenti, quæso, o-mitte hæc inutilia, & dic breviter peccata tua; respondit ipsa, patientiam habe in me, & omnia dicam tibi; subdens, maritus meus est etiam valde gulosus, proclivis ad convivendum cum amicis, justisque, non multi sunt dies, ut ego prandium lautum pararem. Obedivi, ornavi mensam pulcherrima tobalea, lavi, & super eam posui mihi charissimum Scyphum & crystallò Venetiarum, ad bibendum commodissimum. Eja? replicavit Parochus, quid hoc mane, dum tor-pentes expectant, moras? Dic peccata tua, si quæ habes, & hæc inania dimitte. Rursus mulier, quanta me sollicitudine urges? & post alia multa conclusit, gallina, quam unicam teneo in cubiculo, volavit super mensam; eam clamore, ac palmarum percussione fugavi. Impegit illa alis in Scyphum, ac fregit. Tunc ego prorupsum in iram, maledixi illam. At Confessarius ad eam: Ego quoque maledicere absum tuum in confitendo. Pro penitentia tuæ maledictionis recita tres Pater, & Ave; at pro peccatis mariti tui jejuna ter in pane, & aqua. Indoluit de hoc mulier, & dixit, nunquid ego penitentiam faciam pro peccatis mariti mei? Utique, ait Confessarius, ad hoc ut deinceps, desinas confiteri peccata mariti tui, & de tuis tantum te accuses. Hæc Caslichius. Utinam hæc cantilenæ non essent frequentes in auribus Confessoriorum. Non tamen inficior, quod docet Eminentiff. Card. Toletus in Summ. lib. 3. cap. 6. num. 2. Quòd scilicet, quando ad peccati manifestationem persequamur, opus esset historiam narrare, bonum est, & fieri debet; sed solum que necessaria sunt, ad talem finem debent exprimi: quævis si oppositum fiat, Confessio non perdat suum valorem.

Dicitur nonò, Et voce, quia Confessio debet esse

vocalis, idest facta voce humana, & propria penitentis; nisi ab infirmitate impediatur, vel vi morbi factus fit impotens ad loquendum; ut habetur in cap. Quem penitet, de Pœnit. dist. 2. ibi: corporali presentia contenta peccata, non per nutum, nec per scriptum manifestanda. Et in Concilio Florentino post ultimam Sessionem, ubi designans materiam Sacramenti Penitentiæ dicit, eam esse Oris Confessionem. Quamvis enim Moralitæ concedat, posse fieri Confessionem Sacramentalem per schedulam continentem peccata penitentis, ab eo exhibitam Confessario, cum his verbis, Accuso me de omnibus peccatis hic scriptis; Gobat tract. 6. à num. 520. & segg. Diana Coordinatus, alios allegans tom. 1. tract. 3. resol. 77. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 6. num. 3. Eminent. Card. de Lugo d. tract. de Pœnit. disp. 15. n. 80. Contrarium tamen docent Scotistæ, quia esto, non præcisè determinans, quod penitentes teneantur propria voce manifestare peccata sua, dum consistunt Sacramentaliter, nihilominus traditio Apostolica, & consuetudo universalis inter omnes fideles est, ac semper fuit, ut de eis se accuset voce, non autem scriptura; taleque fuisse intentionem Christi intendendo hoc Sacramentum defumitur, ob verendum annexam huic vocali ac-cusationi, quæ credit in penam, & medicinam peccati; exceptis casibus amissionis loquelæ, ut docet differunt Martius d. disp. 5. num. 471. & 472. & Eminentiff. Card. de Laurea de Penitentia disp. 10. art. 4. & 5. Sed de hæc questione latius agam infra Decif. XXI. & Decif. XXII. ubi de Confessione mutuo tractabo.

Dicitur decimò in definitione, Ad aures Sacerdotis, quæ verba resolvunt omnes sequentes quæstiones. Prima est, quòd nullus teneatur, si non habeat copiam Confessarii Sacerdotis, confiteri peccata sua alicui Laico, & non Sacerdoti, quia de-fide certum est, solum verum Sacramentum esse idoneum ministrum Sacramenti Penitentiæ, ut est definitum à Concilio Tridentino sess. 14. de Sacram. Pœnitent. can. 10. & docet Gobat tract. 7. num. 16. 17. & 18. Secunda est; quòd nullo casu tenetur quis Confessionem de peccatis occultis facere publicam, aut alio audiente, quam Confessario. Emin. Card. de Laurea d. disp. 10. art. 8. Martius d. disp. 5. num. 455. & Gobat. d. tract. 6. num. 501. Tertiantur tamen omnes DD. quòd si quis velit, potest publicè confiteri peccata sua; de qua re infra Decif. XVI. Tertia quæstio est, quòd adeò verum existit Confessionem Sacramentalem esse faciendam ad aures Sacerdotis, ut si ipse Confessarius non intelligat linguam, seu idioma penitentis, hic non teneatur confiteri per interpretem. Gobat d. tract. 6. n. 502. & bene Martius d. disp. 5. num. 444. Porro Eminentiff. Cardin. de Laurea disp. 23. art. 6. §. 7. num. 133. intelligit, penitentem non teneri, si dubitet Interpretem non esse servatum secretum. At si certissimè de Interpretis fidelitate, teneatur per eum confiteri. Quarta est, quòd licet penitens sit ita fluxus, & debilis memoriæ, ut nisi scribat in charta sua peccata, probabiliter dubitet, non obstante examine conscientie diligenter factò, plura mortalia in Confessione se esse obtulurum; non teneatur ad scribendum sua peccata in papyro; per ipsum legenda Confessario; quia ipsa charta per se loquendo præbet se causam, seu occasionem manifestationis, & infamationis. Gobat d. tract. 6. num. 515. & 516. & DD. ibi per eum citati subdens, quòd quicumque reperisset, & legisset dictam chartam, peccaret mortaliter, & esset obligatus ad sigillum Confessionis, esto in ea continerentur sola peccata venialia; sicque Index si ex eadem charta procederet in foro externo contra scri-

bentem, & eum condemnaret ob aliquod crimen in eadem scriptum, reus fieret culpæ lethalis, cum obligatione abolendi illum processum, ac sententiam. Layman d. lib. 5. tract. 6. cap. 14. num. 9. Diana Coordinatus tom. 1. tract. 8. resol. 43. quæ in veteri jacet part. 5. tract. 11. resol. 27. Quinta tandem quæstio, (quæ resolvitur per prædicta verba definitionis Ad aures Sacerdotis) est, quòd non licet pet litteras Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere; juxta Constitutionem 87. Clementis Papæ VIII. id prohibentis; quæ tamen prohibiti-vo intelligenda est secundum aliquos conjunctivè, ut nimirum non liceat per litteras confiteri absenti, & ab eodem absente simul absolvi; non autem dis-junctivè; videlicet, quòd à Confessario adveniente post receptas litteras continentes peccata, ubi reperitur penitens, qui eas scripsit, ipse penitens non possit ab eodem Confessario præsentè absolvi, si aliqua urgens causa, non autem leve motum intercedat, ut pluribus DD. allegatis probat Martius d. disp. 5. num. 473. 474. qui ad stipulatur Diana part. 11. tract. 7. resol. 30. Quæ in Coordinato sibi sedem fecit in tom. 1. tract. 3. resol. 74. omnino legenda: sed de hoc infra dicam Decif. XXXV. n. 16.

Dicitur Undecimò, Sacerdotis à legitimo Superiore ad hoc deputati, idest approbati; quia ut statum 27 est in Concilio Tridentino sess. 23. cap. 15. Quamvis Presbyteri in sua ordinatione potestatem absolventi à peccatis accipiant, decernit tamen Sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse Confessione Secularium, etiam Sacerdotum audire; nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si ita illis videbitur, aut alia idoneus iudicetur; & approbationem, quæ gratis datur, obineat, privilegii, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili non obstantibus. Circa quod Decretum tria sunt notanda. Unum, quòd nomine approbationis non venit tantummodo actus intellectus, per quem examinatur iudicat Sacerdotem idoneum quoad scientiam pro Confessionibus audiendis; sed ulterius est necessaria concessio Jurisdictionis, idest facultatis, & potestatis audiendi ipsas Confessiones, & ferendi sententiam in subditum ejusdem Prælati approbantis. Gobat tract. 7. num. 43. & Squillantes de Obligat. & Privileg. Episcop. part. 3. cap. 39. num. 1. subdens, quòd hanc approbationem, & Jurisdictionem Prælati possunt concedere, non solum expressè, sed etiam tacite, nempe scientes, ac tolerantés aliquem Sacerdotem, qui Confessiones audiat. Alterum est, quòd legitimus Prælati pro deputandis Confessariis est Episcopus Diocæsanus pro personis secularibus suæ Diocæsis, si vè alius Prælati inferior, habens Jurisdictionem quasi Episcopalem cum territorio, & populo sibi subiecto, ut est Abbas Nonantulæ, & Abbas Vangaditiæ, ac similes; adeò ut nullus possit audire Confessiones in aliqua Diocæsi, vel Territorio, qui non sit approbatus ab Ordinario ejusdem Diocæsis, vel Territorii, ut ex pluribus declarationibus Sacræ Congregationis Concilii docent Barbosa de Potest. Episc. alleg. 25. numer. 30. Gutierrez lib. 1. cap. 27. Eminent. Card. de Lugo disp. 21. num. 35. & Eminentiff. Cardin. de Laurea plurimis rationibus, & argumentis id confirmans, quamvis dictus Sacerdos fuisset alibi, etiam pluries approbatus, de Pœnit. disp. 20. art. 3. §. 5. per totum. Dixi pro personis secularibus; siquidem pro audiendis confessionibus Regularium olim erant deputati de Jure eorum Generales, & Provinciales, sed hoc jus fuit correctum per Clementem Papam VIII. à quo istdem Superioribus fuit inhibitu adire Confessiones Sacramentales suorum subditorum; & istdem injunctum, ut alios Regulares inferiores deputent ad hoc munus, ut dicam

eam infra Decif. XXXIX. & docent Peyrin. de Relig. subdit. q. 1. cap. 21. vers. Dico non. Et Lezana tom. 1. cap. 18. num. 26. 27. & 29. ubi bene advertit, quod Regulares possunt deputari a suis Superioribus ad audiendas Confessiones suorum Religiosorum absque approbatione Episcopi, & e contra quod Regulares approbati ab Episcopo ad audiendas sacularium Confessiones, non possunt eas audire absque licentia suorum Superiorum Regularium; & si de facto eas audiant absque hac licentia peccant mortaliter, & secunduam plures DD. absolventur invalidè (excepto articulo mortis.) idem Lezana tom. 3. Verb. Confessarius Regularis num. 2. novissimè Pignatellus tom. 10. Consult. 108. num. 2. ubi alii DD. quibus tamen nervosè contradicit Eminent. Card. de Lauræa disp. 26. art. 3. §. 13. ubi sustinet, prædictos Regulares validè absolvere.

Tertium notandum est, non esse ampliùs sequendam illam communem opinionem DD. quod quilibet Sacerdos, etiam non approbatus possit absolvere à venialibus, & à peccatis mortalibus aliis confessis, de qua Eminent. Card. de Lugo disp. 18. sect. 3. Peyrin. de Subdito quest. 1. cap. 21. Vers. dico primò, & in fin. & Diana part. 5. tract. 14. resol. 86. nec non p. 8. tract. 1. resol. 86. quarum prima posita est in opere Coordinato tom. 1. tract. 4. resol. 10. ubi alios ita docentes cumulat; altera verò residet in tom. 3. tract. 1. resol. 39. Siquidem præter plures gravissimos Theologos eam tanquam falsam impugnant, inter quos Bordonus Var. resol. part. 1. resol. 36. n. 57. Ludovic. à Cruce in Bullam Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 5. n. 13. Philip. Faber in 4. Sent. dist. 17. quest. Unica disp. 15. cap. 3. num. 71. ac etiam Eminent. Card. de Lauræa de Pœnit. disp. 19. art. 10. per totum; nunciatem opinionem proscriptis, ac damnat Innocentium Papa XI. in suo Decreto Communionis Quotidiana, diei 12. Februarii 1679. ut bene advertit Cardenas in Crisi Dissert. 2. cap. 6. à num. 416. & seq. Quod quidem Decretum legitur per extensum in meis Decisionibus de Venerab. Eucharistia Sacram. Decif. X. n. 1. Sed de his tribus notandis subsidiis tractandum erit infra Decif. XXXVII. & seq.

Dicitur duodecimò in definitione, & illam (id est Accusationem, & Confessionem Sacramentalem) sub Sigillo involubili audiendis, quia Confessarius tenetur ad sigillum Confessionis, & ad celandum ea, quæ audit in Confessione; ita ut pro nullo casu, & ob nullum finem hæc obligatio sigilli sit dispensabilis. cap. Sacerdos de Pœnitent. dist. 6. cap. Omnis. De Pœnitent. & Remiss. cap. Diligens. De Excessib. Prælator. Emin. Card. de Lauræa disp. 21. de Pœnit. art. 5. ubi demonstrat, eam procedere non tantum ex lege positiva Ecclesiastica, sed etiam ex lege naturali divina. Utrum autem præter peccata cadant sub sigillo etiam aliæ res audite in Confessione? Et an præter Confessarium dari possint aliæ personæ obligatæ ad idem sigillum? disputabitur infra Decif. XLIX.

Dicitur decimotertio, ad effectum, ut concurrentibus necessariis conditionibus: quia ut Confessio Sacramentalis sit perfecta requirit nonnullas conditiones, quas refert, ac declarat Navarrus in cap. Fratres. de Pœnitent. dist. 5. & Reginaldus in Praxi lib. 6. num. 60. contentas his carminibus; videlicet:

Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, discretæ, libens, veracundæ.

Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata, Fortis, & accians, & sit parere parata.

Porrò ex his omnibus, quatuor tantum sunt necessariæ, ut ait Eminent. Card. Toletus in Summa lib. 3. cap. 7. num. 1. hoc est, ut sit Diligens in antecedenti examine. Integra quo ad nuncium peccatorum, & eorum circumstantias. Fidelis, ut pœnitens nihil neget ex his, quæ commisit, & aliqui non imponat sibi scilicet ex his, quæ non commisit; uno verbo,

ut abstineat in Confessione à mendacio. Et obediens, scilicet obedire parata, cum proposito exequendi quod Confessarius judicaverit necessariam injungere ipsi pœnitenti; prout ex professo circa has conditiones demonstrabimus Decif. XXI. in qua de examine confessionis; & in sequentibus de integritate.

Additur decimoquarto, Et circumstantiis comitantibus eadem peccata; quæ restringuntur in hoc Verbu:

Quis? Quid? Ubi? Quibus auxiliis? Cur? Quomodo? Quando?

Quæ quidem circumstantiæ reducuntur ad duas classes, quatenus aliæ sint mutantes speciem peccati, & hæc omnino sunt exprimendæ in Confessione, aliæ sint tantummodo aggravantes, & hæc regulariter possunt taceri, ut docent Gobat in Theolog. Exper. tract. 6. à num. 375. & seq. Emin. Card. de Lauræa disp. 11. art. 5. & nos dilucidabimus infra Decif. XXV. & seq.

Dicitur decimoquinto, Eadem peccata virtute Clavium Ecclesiæ, quæ quidem Claves Ecclesiæ (sic dicitur per metaphoram, nam per eas aperitur, vel clauditur peccatoribus janua Regni Cœlestis) aliæ sunt pro foro externo; aliæ pro foro interno, & pœnitentialem, & hæc duæ sunt, videlicet Clavis scientiæ, id est potestas in Confessario sciendi peccata pœnitentis, illumque interrogandi quod ad numerum, & quod ad circumstantiæ; & Clavis Potentiæ, nempe potestas illum absolventi ab iisdem peccatis, si sit bene dispositus; vel earetinendi, si fecerit, ut docet, & clarè dissert Eminent. Card. de Lauræa disp. 18. art. 4. & seq. ubi naturam, & vim Clavium Ecclesiæ, tum pro foro externo, consentium in potestate ferendi censuras, tum pro foro interno quas supra innuimus, examinat, & declarat, & nos de iisdem plenè dissertimus infra Decif. XIX.

Subjungitur decimosexto in definitione, ac absoluteionis beneficio sibi remittantur videlicet peccata, quæ ritè, ac rectè pœnitens confessus est Sacerdoti eadem Claves sibi interni tenenti; siquidem Absolutio Sacramentalis est propria forma Sacramenti Pœnitentiæ, & ejusdem pars intrinseca, & essentialis, quæ consistit in his duobus verbis Absolvite, cum debita intentione absolventi à Confessario prolatis. Reginaldus lib. 8. num. 2. Matheus in 4. Sent. dist. 5. n. 355. circa quam formam plures agitantur à DD. difficultates, videlicet, an absolutio dari possit absque verbis; vel verbis deprecativis? An sub conditione? quomodo verificetur absolutio, si peccata sint jam dimissa vel per confessionem, vel per antecedentem Confessionem? de quibus, & de aliis appositè differam infra Decif. XXXV.

Ultimò dicitur in definitione, dummodo (peccata) Superioribus non sint reservata; notum est enim omnibus fidelibus, Magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere, ut atrociora quædam, & graviora crimina non à quibusvis, sed à summis duntaxat Sacerdotibus absolventur, ut ait Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. unde alii casus reservati sunt Summo Pontifici, alii Ordinariis locorum, scilicet Episcopis, vel Abbatibus habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem cum territorio, & populo sibi subdito, & alii Superioribus Religiosorum pro iisdem Religiosis, ut bene notat Gobatus à. tract. 7. à num. 372. & seq. Propterea esset nulla, & invalida absolutio à reservatis, quam daret Confessarius non habens specialem licentiam à Superiore absolventi ab iisdem reservatis, excepto tamen articulo mortis, in quo cessat omnis reservatio, & quilibet Sacerdos absolvere potest à quacumque censura, & à quocumque crimine reservato. Gobat ubi supra n. 367.

Quæ verò, & quæ conditiones requirantur ad licitam casuum reservationem? demonstrat idem Gobat ibid. à num. 349. & seq. & Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Pœnitent. disp. 19. art. 11. & art. 12. in quibus per plures S. S. tractat diversas questiones circa reservationem casuum, & eorum reservationum absolutionem; & præcipuè, num. Superior possit absolvere pœnitentem à solis reservatis, & illum remittere ad inferiorem Confessarium pro absolutione aliorum non reservatorum? Et e contra, an inferior possit absolvere à non reservatis, remittendo pœnitentem ad superiorem pro reservatis? de quibus, ac de aliis agemus infra Decif. XXIII. num. 15. & plenè Decif. XLV. & XLVI.

26 S. Carolus Borromeus publicam pœnitentiam indixit Regiis ministris ob eorum publicum crimen.

Dicitur est in præcedenti Decisione, inter præcipuas Confessionis Sacramentalis conditiones, illam esse principalissimam, ut fiat ad Aures Sacerdotis; videlicet secretè, & sub sigillo, nulla de causa violando. Cæterum, etsi hæc inviolabilis observatio sigilli, & secreti non patitur difficultatem respectu Sacerdotis Sacramentalem Confessionem audientis, ut infra suo loco demonstrabimus; respectu tamen ipsius pœnitentis non levis est controversia apud Theologos, utrum secretum sit de essentia Confessionis Sacramentalis? quod est querere, utrum Confessio, quæ fit non uni soli sacerdoti secretè, sed pluribus, & publicè, sit Confessio Sacramentalis vera, & valida?

Prima opinio tenet, quòd si pœnitens confiteatur peccata sua publicè, vel coram pluribus, ejus Confessio non fit Sacramentalis, neque valida ad obtinendam Sacramentalem absolutionem; ea ratione, quia Sacramentum Pœnitentiæ de sui essentia, & ex sua institutione requirit, ut Confessio culpæ fiat secretè, uno tantum Sacerdoti, ex consequentibus rationibus.

Primò ex Concilio Tridentino sess. 14. Can. 6. ubi ita definitur: Si quis dixerit, modum secretè confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit, & observat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inventum esse humanum, Anathema sit. Igitur ex his verbis constat, quòd confiteri secretè, & ad aures unius tantum Sacerdotis, provenit ab institutione Sacramenti Pœnitentiæ, & à mandato Christi. Sed ea, quæ ordinata sunt à Christo in institutione Sacramentorum sunt de essentia eorumdem, & deficiente aliquo ex his, quæ ordinata sunt, Sacramentum est nullum. Ergo si Confessio peccatorum fiat publicè, vel pluribus audientibus, erit invalida, & non erit Sacramentalis.

Secundo, Præceptum Confessionis includitur intrinsece in institutione Sacramenti pœnitentiæ. Sed sola Confessio secretæ cadit sub hujusmodi præcepto; quia ut dictum est in Decisione XV. num. 22. nemo de præcepto tenetur publicè confiteri peccata sua occulta, ex Cardin. de Lugo de Pœnitent. disp. 15. num. 59. & ex Cardin. de Lauræa disp. 10. art. 8. Ergo ut Confessio sit secreta à parte pœnitentis est de essentia Sacramenti, quòd si non fuerit secreta, Confessio ipsa erit invalida.

Tertio, Præcepta legis positivæ divinæ non destruant præcepta legis naturæ, sed illa confirmant. At confiteri peccata occulta publicè est contra legem naturæ, quæ obligat unumquemque suam famam tueri. Ergo in præcepto Confessionis debet esse inclusum essentialiter secretum etiam à parte pœnitentis.

Quarto, Sigillum Sacramentale est de jure divino, & de essentia Sacramenti, quia significat externè, quod Sacramentum operatur interius, id est deletionem, & extinctionem peccati. Aureol. in 4. dist. 21. Angel. in Summ. V. Confessio ut. num. 1. At ubi Confessio Sacramentalis fieret in publico, destrueretur sigillum, & per consequens qualitate essentiali, necessariamque requiritur à Jure divino in Confessione. Ergo, ut Confessio sit secreta, est de essentia Sacramenti.

Quinta, In Ecclesia est duplex Forum, scilicet Sacramentale, & Contentiosum. In primo remittuntur peccata secreta, ac occulta; in secundo peccata publica, de quibus ait Christus Matth. 18. 15. Si peccaverit in te frater tuus, &c. dic Ecclesiæ. Deinde quæcumque alligaveris super terram, erunt ligata, & in Cælo; & quæcumque solveris super terram,

De Sacramento Pœnitentiæ.

Dicitur est in præcedenti Decisione, inter præcipuas Confessionis Sacramentalis conditiones, illam esse principalissimam, ut fiat ad Aures Sacerdotis; videlicet secretè, & sub sigillo, nulla de causa violando. Cæterum, etsi hæc inviolabilis observatio sigilli, & secreti non patitur difficultatem respectu Sacerdotis Sacramentalem Confessionem audientis, ut infra suo loco demonstrabimus; respectu tamen ipsius pœnitentis non levis est controversia apud Theologos, utrum secretum sit de essentia Confessionis Sacramentalis? quod est querere, utrum Confessio, quæ fit non uni soli sacerdoti secretè, sed pluribus, & publicè, sit Confessio Sacramentalis vera, & valida?

Prima opinio tenet, quòd si pœnitens confiteatur peccata sua publicè, vel coram pluribus, ejus Confessio non fit Sacramentalis, neque valida ad obtinendam Sacramentalem absolutionem; ea ratione, quia Sacramentum Pœnitentiæ de sui essentia, & ex sua institutione requirit, ut Confessio culpæ fiat secretè, uno tantum Sacerdoti, ex consequentibus rationibus.

Primò ex Concilio Tridentino sess. 14. Can. 6. ubi ita definitur: Si quis dixerit, modum secretè confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit, & observat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inventum esse humanum, Anathema sit. Igitur ex his verbis constat, quòd confiteri secretè, & ad aures unius tantum Sacerdotis, provenit ab institutione Sacramenti Pœnitentiæ, & à mandato Christi. Sed ea, quæ ordinata sunt à Christo in institutione Sacramentorum sunt de essentia eorumdem, & deficiente aliquo ex his, quæ ordinata sunt, Sacramentum est nullum. Ergo si Confessio peccatorum fiat publicè, vel pluribus audientibus, erit invalida, & non erit Sacramentalis.

Secundo, Præceptum Confessionis includitur intrinsece in institutione Sacramenti pœnitentiæ. Sed sola Confessio secretæ cadit sub hujusmodi præcepto; quia ut dictum est in Decisione XV. num. 22. nemo de præcepto tenetur publicè confiteri peccata sua occulta, ex Cardin. de Lugo de Pœnitent. disp. 15. num. 59. & ex Cardin. de Lauræa disp. 10. art. 8. Ergo ut Confessio sit secreta à parte pœnitentis est de essentia Sacramenti, quòd si non fuerit secreta, Confessio ipsa erit invalida.

Tertio, Præcepta legis positivæ divinæ non destruant præcepta legis naturæ, sed illa confirmant. At confiteri peccata occulta publicè est contra legem naturæ, quæ obligat unumquemque suam famam tueri. Ergo in præcepto Confessionis debet esse inclusum essentialiter secretum etiam à parte pœnitentis.

Quarto, Sigillum Sacramentale est de jure divino, & de essentia Sacramenti, quia significat externè, quod Sacramentum operatur interius, id est deletionem, & extinctionem peccati. Aureol. in 4. dist. 21. Angel. in Summ. V. Confessio ut. num. 1. At ubi Confessio Sacramentalis fieret in publico, destrueretur sigillum, & per consequens qualitate essentiali, necessariamque requiritur à Jure divino in Confessione. Ergo, ut Confessio sit secreta, est de essentia Sacramenti.

Quinta, In Ecclesia est duplex Forum, scilicet Sacramentale, & Contentiosum. In primo remittuntur peccata secreta, ac occulta; in secundo peccata publica, de quibus ait Christus Matth. 18. 15. Si peccaverit in te frater tuus, &c. dic Ecclesiæ. Deinde quæcumque alligaveris super terram, erunt ligata, & in Cælo; & quæcumque solveris super terram,

De Sacramento Pœnitentiæ.

DECISIO XVI. ARGUMENTUM.

Discitur, utrum Confessio Sacramentalis possit fieri publicè, & coram pluribus audientibus? Negativè opinionis argumenta octo. Totidem affirmativè contrariæ; nec non exempla ex Historiis. Tertiarè opinionis priores duas concordantis temperantur. Responsiones, ac resolutiones argumentorum primæ opinionis.

SUMMARIUM.

- 1 Secretum à parte Pœnitentis an de essentia Confessionis?
- 2 Auricularis Confessio ordinata à Christo.
- 3 Publicè nemo tenetur confiteri peccata sua occulta.
- 4 Lex naturalis obligat tueri famam propriam.
- 5 Sigillum Sacramentale de jure divino.
- 6 Forum Ecclesiæ duplex, Sacramentale, & contentiosum.
- 7 Confessio per Episcopalam damnata.
- 8 Publicè confiteri peccata an expedit? & n. 22.
- 9 Publica peccata absolventi forma.
- 10 Publica spontanea Confessio Sacramentalis an valida? & n. 15. ac num. 17.
- 11 Christus non prohibuit publicè confiteri peccata.
- 12 Privilegio, ac beneficio suo quilibet potest renunciare.
- 13 Confessarius revelare potest peccatum de licentia pœnitentis.
- 14 Exempla Confessionum peccatorum publicè factarum, & n. 25.
- 15 Modus confitendi secretè est institutus à Christo, sed non de essentia Sacramenti.
- 16 Fama non leditur confitendo Sacramentaliter peccata.
- 17 Sigilli ad observantiam Pœnitentis non tenetur.
- 18 Ecclesiæ in foro externo non absolvit à peccatis, sed à censuris.
- 21 Absentes quare non possint absolvi Sacramentaliter?
- 23 Reconciliatio Pœnitentium, de qua in Pontificali Episcoporum, non est absolutio à culpa.
- 24 Publicam pœnitentiam, an Confessarius possit imponere?

terram, erant soluta & in Cælo. Igitur peccata occulta confiteri oportet in foro Sacramentali, secreto, & occulto tantum. Illa autem, quæ publicè quis vult confiteri, spectant ad forum contentiosum, non autem ad Sacramentale.

7. Sexta, Si liceret confiteri publicè peccata occulta, licitum quoque foret scribere ea Sacerdoti absenti, & ab eo per Epistolam recipere absolutionem. Sed consequens est falsum, quia anno 1602, fuit hæc opinio damnata tamquam falsa, temeraria, & scandalosa, ut ex Bulla 87. Clementis VIII. Ergo Confessio secreta est de essentia Sacramenti.

8. Septima, Si concederetur publicitas culparum à parte pœnitentium in Confessione, multi fe subtraherent à Sacramento Pœnitentiæ ob nimiam verecundiam, & ob scandala, quæ ex tali publicitate orirentur; ideoque à S. Leone Papa Epistol. 8. c. 2. prohibita fuit hæc Confessio publica, quam Episcopi Campaniæ introduxerant, ut testatur Illustriss. Sarnelius in *Basilicographia* d. cap. 18.

9. Octava, Quia in Pontificali Romano in part. 3. tit. de Reconciliatione Pœnitentium, quæ sit in Quinta feria Cæna Domini, præscribitur forma absolvendi eos, qui publica crimina commiserunt, in foro exteriori: ibi enim post multas preces, & cæremonias ibi descriptas, in ultima oratione, quæ incipit Dominus Jesus Christus, &c. Episcopus super pœnitentes coram eo genuflexus subdit: Ipse per ministerium meum ab omnibus peccatis vestris, quæcumque aut cogitatione, aut locutione, vel operatione negligenter egistis, vos absolvat sancti sui Sanguinis interventione, qui in remissionem peccatorum effusus est, &c. Ergo publica peccata in foro externo, & contentioso sunt absolvenda: à peccata occulta nunquam ad hoc forum sunt extendenda, sed in foro Sacramentali, quod omnino occultum est, & esse debet, tam a parte Confessarii, quam à parte pœnitentis, sunt manifestanda; aliàs irritum redditur Sacramentum, & invalida Confessio. Ita tenent Alex. de Ales. 4. p. 9. 17. membr. 1. art. 4. S. ult. Gabriel Biel. in 4. Sent. dist. 17. quæst. 1. art. 2. & Angelus in Summa dist. verb. Confessio ult. quos refert Emin. Card. de Lauræa d. disp. 10. num. 99. & Faber. disp. 29. cap. 1. quem repetit impugnando Magistrus in 4. d. disp. 5. quæst. 17. art. 1. &c.

10. Altera opinio, huic omnino contraria, tenet nihil officere validitati Confessionis, si ve essentia Sacramenti, si pœnitens spontè velit confiteri publicè peccata sua occulta; & fundatur in sequentibus argumentis.

Primò: Quia quamvis Christus instituerit modum confitendi secretum, tamen non vetuit, ut etiam publicè quis possit confiteri peccata sua, ut habetur in Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. ubi sic loquitur: Caterum quo ad modum confitendi secretum apud solum Sacerdotem, esse Christus non voluerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humilitationem, tum ab aliorum exemplum, tum ob Ecclesie offensæ adificationem delicta sua publicè confiteri possit. Igitur si Christus non prohibuit publicè confiteri peccata, publicitas non irritat Sacramentum, neque destruit eius validitatem.

Secundò: Quia ibi Sacramentum Pœnitentiæ est validum, ubi est manifestatio delictorum, cum dolore ob offensam Dei, ad obtinendam absolutionem à Sacerdote. Sed hæc adesse possunt, quamvis plures audiant illam manifestationem. Ergo valida erit confessio, etsi publicè facta.

Tertiò: Quia, quod nulla lege est prohibuit, sed manifestè permittit, licitum censetur, & validum. Sed confessio publica nullibi reperitur prohibita. Ergo est licita, & valida.

Quartò: Actus humanus eò est perfectior, quò plura motiva virtutis respicit, est quibus fit. Sed Confessio publica esse potest ob multa motiva vir-

tuosa, nempe vindictæ culparum, humiliationis pœnitentis, adificationis aliorum, ut ait Concil. Trid. d. sess. 14. cap. 5. Ergo non est censenda prohibita, & invalida.

Quintò: Si Confessio Sacramentalis publica esset invalida, multi in casu extreme necessitatis, ob solam attritionem non salverentur, non valentes elicere actum perfectæ contritionis. Consequenter pariter in periculo Naufragii, tempore Pestis, vel Terræmotus; tunc enim, ut plurimum, non possunt homines confiteri sua peccata secretè, sed ab aliis, quos socios habent, audiantur.

Sextò: Si deficiente secreto à parte pœnitentis irritum esset Sacramentum, non valeret Confessio facta per Interpretem. Sed consequens est falsum, & contra usum Ecclesie. Ergo et antecedens.

Septimò: Quilibet renunciare potest, quod per se noscitur introductum. cap. Statutus 23. de Regularibus. & nemo tenetur uti suo privilegio. Gobat. in Theol. Experim. trad. 5. n. 180. Sed secretum Confessionis est introductum in favorem pœnitentis; & est privilegium propriè spectans ad ipsum. Gobat trad. 7. num. 830. Ergo poterit eidem cedere, ac renunciare, si voluerit spontè confiteri publicè, absque invaliditate Confessionis.

Octavò: Potest Pœnitens dare licentiam Confessario revelandi aliquod peccatum, de quo secum fuit confessus. Abb. in cap. Significasti de Simonia, & in cap. Significasti de Adult. Suarez plures cumulat in 3. part. tom. 4. disp. 33. scđ. 5. num. 6. ubi dicit hanc opinionem esse communem, & veram, quamvis plures DD. antiqui tenuerint contrarium. Ergo multò magis potest ipse pœnitens, si voluerit, publicè confiteri.

Nonò: Quia plerumque habentur in Historiis Confessiones Sacramentales publicè, & coram multis, tum Sacerdotibus, tum Laicis hominibus audientibus factæ; de quarum validitate nunquam fuit dubitatum. Exempli gratia, De Othone Imperatore II. 4. Ditarum Chronic. lib. 3. ait: Quòd facta Latialiter Confessione coram Apostolice, atque Presbyteris, accepta ab eis optata remissione; Septimo idus Decembris ex hac luce subtrahitur eff. Ludovicus Francorum Rex, cognomento Crassus. Parisiis cum recidiva profusivii dysenteria gravissimè fatigaretur, suam Confessionem Sacramentalem coram Stephano Episcopo Parisiensi, & Hiladino Abbate S. Victoris facere voluit, ut ex Suerio in eod. refert Aringhii in Triumpho panit. lib. 3. cap. 4. num. 16. Richardus Henrici II. Anglorum Regis filius, graviter ægrotans, convocatis in unum in Capella Reginaldi de Moys universis Archiepiscopis, & Episcopis suis, qui cum eo erant apud Messanam, vite sue stabilitatem coram illis Deo confiteri non erubuit, ut ex Rogerio in vita S. Hugonis legitur apud Surium tom. 6. die 17. Novembris. Et (aliis omnibus) Philippus Comes Namurcensis, ut ex Cæsario lib. 2. cap. 18. notat Raynaldus in Annal. Eccles. Anno 1218. n. 39. quatuor Abbates simul, sepè Confessionem suam facere consuevit, in tantum se accusans, tantum plangens, ut omnes ad lacrymas provocaret. Convincitur itaque ex his exemplis, validam esse Confessionem Sacramentalem, quamvis coram pluribus factam; secretumque à parte pœnitentis non esse de essentia Sacramenti Pœnitentiæ. Huius opinionis Sectatores sunt Suarez in 3. p. de Pœnitent. disp. 21. scđ. 2. Henriquez de Pœnitentia lib. 3. cap. 20. Litt. B. ubi, quòd duo Sacerdotes simul possunt audire unius Confessionem; & alii apud Dianam Coordinatum tom. 1. trad. 4. resol. 47. & trad. 8. resol. 38.

Tertia opinio concordans has duas præcedentes discordes, docet, usum confessionis secretæ esse quidem ex institutione Christi, sed non esse simpliciter, & absolute loquendo de necessitate Sacramenti in quocumque casu, sed tantum prout regula-

regulariter fit. Ex hac assertionem sequitur, quòd Confessio publicè facta in aliquo casu necessitatis, exempli gratia pestis, naufragii, incendii, aut terræmotus, est vera Confessio Sacramentalis, quò ad substantiam, & essentiam Sacramenti; quamvis non sit secundum modum à Christo institutum, & in Ecclesia usitatum; & idem est sentiendum, ubi quis ex nimio dolore suarum culparum, vel ad majorem sui ipsius humiliationem, ut in supracitatis Historiis, spontè coram pluribus Sacerdotibus, etiam audientibus Laicis, peccata sua confiteretur. Ita Emin. Card. de Lauræa d. disp. 10. art. 3. & Magistrus allegans d. tom. 4. disp. 5. quæst. 17. n. 455. & seqq. & præcipuè num. 457. ubi optimè dicit, quòd quamvis Christus instituerit modum confitendi secretum, tamquam modum Confessionis regularem, & orarium, ac per se convenientem, non tamen iste modus est de essentia, & necessitate simpliciter Confessionis Sacramentalis.

Igitur retenta secunda opinione, cum moderamine ab hac tertia sententia infirmatum, ut scilicet Confessio, quamvis publica, sit vera, & Sacramentalis; sed non sit passim, & regulariter publicè faciendâ; ad solum in aliquo necessitatis, vel urgentis, honesti motivi casu, juxta mentem Concilii Tridentini d. sess. 14. cap. 5. non obstant argumenta primæ opinionis.

Non Primum ex eod. Concil. Trid. sess. 14. Cap. 6. quia conceditur, modum confitendi secretè esse à Christo; sed non sequitur, talem modum esse de essentia Sacramenti Pœnitentiæ; siquidem etiam in Eucharistia habemus à Christo, quòd ante consecrationem materiæ, ipsa benedicitur; & tamen si abque præcedenti benedictione panis, & vini Sacerdos consecraret, profectò valida esset consecratio. Sic in proposito, quamvis Ecclesia acceperit à Christo Dominum hunc Confessionis modum secretum, neque possit illum abrogare, vel immutare; nihilominus si Confessio in aliquo necessitatis casu, ut alia rationabili de causa publicè fiat, adhuc erit vera, & Sacramentalis Confessio, si reliqua, quæ habent rationem materiæ, ac formæ, non deficiant.

Ad Secundum argumentum respondetur; verum esse, quòd nemo de præcepto tenetur confiteri publicè peccata sua occulta; sed falsum esse, quòd quis non possit spontè ea publicè confiteri vel in casu necessitatis, vel ex honesto motivo. Idcirco præceptum Confessionis includitur intrinsicè in institutione Sacramenti Pœnitentiæ quò ad substantiam, non autem quò ad modum, quamvis, & iste servandus sit, nisi urgens causa exerceat, ut de benedictione panis, & vini ante consecrationem Eucharistiæ dictum est.

Ad Tertium respondetur ab Emin. Card. de Lauræa d. disp. 10. num. 103. his verbis: Manifestare Sacramentaliter propria delicta non est contra charitatem (id est propriam famam) Sed esset contra eam, quando quis civiliter operans cum hominibus manifestaret illa. Hinc in exemplis supra relatis Principum publicè confitentium peccata sua, tantum absit, ut eorum fama fuerit læsa, quin immò magnam omnium in se reverentiam excitavit; & ad sepulchrum Comitis Namurcensis plura miracula facta fuerint, ut testatur Cæsarius d. lib. 2. cap. 18.

Ad Quartum respondetur; sigillum Confessionis jure divino obligare Confessarium, & alios Confessionem Sacramentalem ex accidenti audientes; sed non obligare ipsum pœnitentem, casu quò ad sui humiliationem velit facere publicam suam Confessionem; tunc enim Confessio illa est Sacramentalis quò ad substantiam; non etiam quò ad modum consuetum, qui annexa est obligatio sigilli de jure divino, ut dissevit Emin. Card. de Lugo de Panit. disp. 23. num. 39. & Averla quæst. 8. scđ. 5. concl. 7.

Ad Quintum respondetur; esse quidem in Ecclesia duplex Forum, Publicum, seu externum, & Secretum, seu internum; sed in foro publico, ac externo Ecclesiam non habere auctoritatem dimittendi peccata quò ad culpam; sed ea corrigendi atque puniendi per censuras, donec contumaces emendantur; & recedente contumacia, absolvantur ab excommunicatione, & aliis penis spiritualibus, ob publica peccata inflicta, quæ absolute appellatur reconciliatio. At absolute à peccatis quò ad culpam fit tantummodo in foro interno à ministro Sacramenti Pœnitentiæ per absolutionem Sacramentalem; quæ quidem Sacramentalis absolute est una, & eadem; si ve manifestatio delictorum facta fuerit secretè à pœnitente, si ve publicè ex eius spontanea voluntate, ut optimè distinguendo docet Magistrus d. disp. 5. in 4. Sent. num. 465.

Ad Sextum respondetur, negando illam consequentiam, quandoquidem Clemens Papa VIII. damnavit Confessionem per scripturam, missam Sacerdoti absenti, non respectu voluntariæ publicitatis; sed ex aliis motivis, nempe quòd peccata scripta, & delata Sacerdoti absenti possunt publicari contra voluntatem pœnitentis, ac præcipuè quòd absens si daretur à Sacerdote pœnitenti absenti, iste posset esse irreticus nova culpa mortali, & incapax absolutionis; ideoque ob hæc, & alia multa inconvenientia prohibita fuit confessio, & absolute absenti per scripturam. Magistrus d. disp. 5. n. 466.

Ad Septimum respondetur, quòd tunc urgetur inconveniens in eo consideratum, quando esse præceptum confitendi publicè peccata secreta, & occultata, hoc autem memo potest asserere: imò contrarium fuit à S. Leone Papa statutum, ut supra notatum est, & legitur etiam in ejus Epist. 8. cap. 2. quam refert Illustriss. Sarnelius in *Basilicographia* d. cap. 17. num. 6. ideoque cum sit permissa publica Confessio ex spontanea voluntate pœnitentium, & ex urgentibus motivis tantum, communi cæteri fidelium non potest oriri difficultas circa accessum ad hoc Sacramentum.

Ad Ultimam respondetur, quòd reconciliatio peccatorum, quæ fit ab Episcopo prout præscribitur in Pontificali Romano, non est absolute à peccatis quò ad culpam; sed absolute à penis spiritualibus, quibus ipsi peccatores publicè sunt affecti ab eorum publica, & enormia peccata; quorum causa ipsædem publica penitentia fuit injuncta; juxta text. in cap. Manifesta. n. 3. de Panit. & remission. ubi declarat tres species Pœnitentiæ, scilicet Solemnem, Publicam, ac Privatam, quas duas primas à solo Episcopo, vel alio per eum delegato, ait, esse imponendas; tertiam verò, à Confessario in foro Sacramentali, & secreto; ad eum est magis approbata opinio Canonistarum, ac Theologorum quos cumulat Fagnan. *ibid.* num. 18. non fit licitum Confessario imponere publicam Penitentiam in foro Pœnitentiali, quamvis publica, & notoria peccata Pœnitens confessus esset, ne indirectè videatur frangere sigillum Confessionis. Igitur quando fit publicorum reconciliatio delinquentium, juxta formam in Pontificali Romano præscriptam, non absolvuntur à peccatis, sed à penis Ecclesiasticis, quibus ob peccata publica, & enormia erant irretiti, nempe censuris, & aliis inhabilitatibus; nam Ecclesia in foro externo, & publico, ut dictum est, non absolvit à peccatis quò ad culpam; quia talis absolutio est propria fori Sacramentalis; & datur à Sacerdote tamquam ministro Sacramenti Pœnitentiæ; ut in puncto respondet Magistrus d. disp. 5. in 4. Sent. num. 465. subdens, quòd nec Sotus, nec ullus Doctor, quem viderit, ait: Ecclesiam in hoc foro publico auctoritatem habere dimittendi peccata, sed bene illa puniendi, & corrigendi per Censuras.

Ad Secundum respondetur; sigillum Confessionis jure divino obligare Confessarium, & alios Confessionem Sacramentalem ex accidenti audientes; sed non obligare ipsum pœnitentem, casu quò ad sui humiliationem velit facere publicam suam Confessionem; tunc enim Confessio illa est Sacramentalis quò ad substantiam; non etiam quò ad modum consuetum, qui annexa est obligatio sigilli de jure divino, ut dissevit Emin. Card. de Lugo de Panit. disp. 23. num. 39. & Averla quæst. 8. scđ. 5. concl. 7.

De Sacramento Pœnitentiæ.

D 2

Ad Quintum respondetur; esse quidem in Ecclesia duplex Forum, Publicum, seu externum, & Secretum, seu internum; sed in foro publico, ac externo Ecclesiam non habere auctoritatem dimittendi peccata quò ad culpam; sed ea corrigendi atque puniendi per censuras, donec contumaces emendantur; & recedente contumacia, absolvantur ab excommunicatione, & aliis penis spiritualibus, ob publica peccata inflicta, quæ absolute appellatur reconciliatio. At absolute à peccatis quò ad culpam fit tantummodo in foro interno à ministro Sacramenti Pœnitentiæ per absolutionem Sacramentalem; quæ quidem Sacramentalis absolute est una, & eadem; si ve manifestatio delictorum facta fuerit secretè à pœnitente, si ve publicè ex eius spontanea voluntate, ut optimè distinguendo docet Magistrus d. disp. 5. in 4. Sent. num. 465.

Ad Sextum respondetur, negando illam consequentiam, quandoquidem Clemens Papa VIII. damnavit Confessionem per scripturam, missam Sacerdoti absenti, non respectu voluntariæ publicitatis; sed ex aliis motivis, nempe quòd peccata scripta, & delata Sacerdoti absenti possunt publicari contra voluntatem pœnitentis, ac præcipuè quòd absens si daretur à Sacerdote pœnitenti absenti, iste posset esse irreticus nova culpa mortali, & incapax absolutionis; ideoque ob hæc, & alia multa inconvenientia prohibita fuit confessio, & absolute absenti per scripturam. Magistrus d. disp. 5. n. 466.

Ad Septimum respondetur, quòd tunc urgetur inconveniens in eo consideratum, quando esse præceptum confitendi publicè peccata secreta, & occultata, hoc autem memo potest asserere: imò contrarium fuit à S. Leone Papa statutum, ut supra notatum est, & legitur etiam in ejus Epist. 8. cap. 2. quam refert Illustriss. Sarnelius in *Basilicographia* d. cap. 17. num. 6. ideoque cum sit permissa publica Confessio ex spontanea voluntate pœnitentium, & ex urgentibus motivis tantum, communi cæteri fidelium non potest oriri difficultas circa accessum ad hoc Sacramentum.

Ad Ultimam respondetur, quòd reconciliatio peccatorum, quæ fit ab Episcopo prout præscribitur in Pontificali Romano, non est absolute à peccatis quò ad culpam; sed absolute à penis spiritualibus, quibus ipsi peccatores publicè sunt affecti ab eorum publica, & enormia peccata; quorum causa ipsædem publica penitentia fuit injuncta; juxta text. in cap. Manifesta. n. 3. de Panit. & remission. ubi declarat tres species Pœnitentiæ, scilicet Solemnem, Publicam, ac Privatam, quas duas primas à solo Episcopo, vel alio per eum delegato, ait, esse imponendas; tertiam verò, à Confessario in foro Sacramentali, & secreto; ad eum est magis approbata opinio Canonistarum, ac Theologorum quos cumulat Fagnan. *ibid.* num. 18. non fit licitum Confessario imponere publicam Penitentiam in foro Pœnitentiali, quamvis publica, & notoria peccata Pœnitens confessus esset, ne indirectè videatur frangere sigillum Confessionis. Igitur quando fit publicorum reconciliatio delinquentium, juxta formam in Pontificali Romano præscriptam, non absolvuntur à peccatis, sed à penis Ecclesiasticis, quibus ob peccata publica, & enormia erant irretiti, nempe censuris, & aliis inhabilitatibus; nam Ecclesia in foro externo, & publico, ut dictum est, non absolvit à peccatis quò ad culpam; quia talis absolutio est propria fori Sacramentalis; & datur à Sacerdote tamquam ministro Sacramenti Pœnitentiæ; ut in puncto respondet Magistrus d. disp. 5. in 4. Sent. num. 465. subdens, quòd nec Sotus, nec ullus Doctor, quem viderit, ait: Ecclesiam in hoc foro publico auctoritatem habere dimittendi peccata, sed bene illa puniendi, & corrigendi per Censuras.

De Sacramento Pœnitentiæ.

D 2

D 2

ras, quando ad forum externum sunt delicta. Concordat Leo in Praxi Pœnitentiæ part. 1. de Forma Voti. Vers. At non est eadem ratio pag. 22. dicens, quod absolutiones à peccatis jure Divino exigunt Sacramento Confessionem. Et part. 4. in principio. Vers. Idemque; & multò magis, pag. 401. ubi docet, dispensationes esse concedendas in foro exteriori, præter culpam; que quando adest, necesse est, ut solatur per Sacramentalem Confessionem, & in foro interiori.

Porro sæculis antea hæc enormium culparum, publicè commissarum, & scandalum toti populo ingentium, publica Confessio, & publica Pœnitentia erat in usu, ut constat ex Historiis supraratis, ac in Annalibus Ecclesiasticis, in quibus frequenter, eaque eximia pietatis, & contritionis habentur exempla, inter quæ illa Ludovici Pii Imperatoris, Henrici IV. Germaniæ Regis, Sveonis Regis Daniæ; Guillelmi Primi Angliæ Regis, ac aliorum Principum pœnitentium, quos summatim refert Spondanus in Indice ad Annal. Verb. Pœnit. & Reginaldus in eorumdem Annalium prosecutione, Anno 1218. n. 36. de antedicto Othone Imperatore; & Anno 1339. num. 67. & seq. de Albino, ac Mastino Scaligeris, qui Episcopum Veronensem occiderant; necnon Anno 1345. num. 13. de Jacobo Rege Majoricæ, qui in Concilio Papali coram Cardinalibus, & Clemente VI. Summo Pontifice publicè confessus est homicidium, quod in personam filii Arnaldi Domini Rocafolli commiserat, petens suppliciter veniam, ac absolutionem. Nunc recesserunt ab aula publicæ Pœnitentiæ, quamvis eas ad praxim iterum reduci, quando ab aliquo publicè, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, nisi alios scandalo offensus, commotioque fuisse, non sit dubitandum cupiat Concil. Tridentinum sess. 24. de Ref. cap. 8. & in Concil. Provin. Mediolanen. III. in tit. de iis, que ad Pœnitent. Sacramental. pertinent. 25. S. Suedat Episcopus, præcepit S. Carolus Borromæus; ac opere compleverit, dum Officialis Regiis, à quibus ministri Curie suæ Archiepiscopalis læsi fuerant, censuris interitis, publicè pœnitentes absolvit in porta majori Ecclesiæ Metropolitanæ, ut narrat Giustanus in ejus Vita lib. 2. cap. 24. At, hodie raræ esse hujusmodi publicas Confessiones, ac pœnitentias, dicendum est, quia, ut scribit Jo: Majoric. in 4. dist. 14. q. 2. col. ult. nunc parum profecerit; & utinam non pauci essent, qui etiam à Confessione auriculari, ac secreta non abstinerent.

DECISIO XVII. ARGUMENTUM.

Probatur usus Confessionis Sacramentalis & secretæ ad aures Sacerdotum ab exordio Ecclesiæ, per omnia subsequentiæ sexdecim sæcula, Testimonio Sacræ Scripturæ, SS. Patrum, & Conciliorum: necnon exemplis ab Historiis, vitisque Sanctorum desumptis,

SUMMARIUM.

- 1 SS. Apostoli audiebant Confessiones Sacramentales.
2 S. Clemens Papa, & Martyr commendat Sacramentalem Confessionem.
3 S. Dionysius Areopagita reprehendit Confessarium nimis rigidum.
4 S. Ireneus agit de Confessione Sacramentali.
5 Exomologesi idem est ac Confessio Sacramentalis.
6 Gentiles cur adorari à Christianis virilia Sacerdotum dicerent?

- 7 Confessionis Sacramentalis usus in tertio sæculo, & num. 8. pro quarto sæculo.
9 S. Ambrosius in auscultandis Confessionibus Sacramentalibus assiduus.
10 Confessio usitata in quinto sæculo.
11 S. Jo: Chrysostomus Confessiones Sacramentales audiebat.
12 Sexti Sæculi testes usitate Confessionis.
13 Septimi sæculi alii testes.
14 Pipinus Dux Neustriæ quanta humilitate accedebat ad Confessionem Sacramentalem Anno 631.
15 Octavi sæculi probationes usus Confessionis Sacramentalis.
16 Noni sæculi testimonia Confessionis præditæ.
17 Gloria, Laus, & Honor, &c. ut in die Palmarum quis auctor?
18 Decimi sæculi probationes pro Confessionis præxi.
19 Undecimi sæculi de eadem testes.
20 Diabolus non potest proflare peccata Confessa Sacerdotibus.
21 S. Bernardus, & Magister Sententiarum testantur usum Confessionis Sacramentalis sæculo XII.
22 Concilium Lateranense IV. Anno 1225. præcepit semel saltem in Anno confiteri peccata.
23 Doctores de Confessionis Sacramentalis usu tractantes in sæculis XIV. XV. & XVI.
24 Petrus de Osma Hereticus damnatus Anno 1478.
25 Joannes Wicleff damnatus tamquam Hereticus Anno 1438.

Diximus in præcedenti Decisione num. 2. Confessionem Sacramentalem esse faciendam secretè ad aures solum Sacerdotis esse institutione, & mandato Christi, ut definitum est à Concilio Tridentino sess. 14. Can. 6. ibidem relato, qui quidem Canon tollit omnem dubitandi ansam, quia reddit hanc veritatem infallibilem, cum emanaverit in Concilio Œcumenico confirmato à Summo Pontifice, ut bene docet Fagnanus ad cap. Major. num. 36. de Baptismo; Nihilominus ad majorem studioforum intelligentiam, ac eruditionem non me piget hic summatim referre auctoritates, ac testimonia tum Sacræ Scripturæ, tum Sanctorum Patrum, quibus manifestè demonstratur, auricularem, & secretam Confessionem peccatorum ad aures Sacerdotis ab initio Ecclesiæ, ac tempore Apostolorum incepisse, & semper continuatis temporibus fuisse in usu.

Et equidem pro primordio Ecclesiæ, facta Sacramenti Pœnitentiæ institutione à Christo Domino ut ostendimus Decif. XII. num. 1. & 2. ejusdem Sacramenti administrationem exercuisse Apostolos, testantur eorum Acta cap. 19. Vers. 18. in illis verbis: Multique credentium veniebant confitentes. & annunciantes actus suos; Versio Syriaca legit offensus suos; quod, ut notat ibidem Tirinus, de secreta, & particulari Confessione, quæ fit in Sacramento Pœnitentiæ accipit Œcumenicus, Hosius, Ruardus, Tappeus Gagnejus, Baronius, Salmeron, Sanchez, Bellarminus, Valentia, à Lapide, & alii. Et cum scribat Jacobus Apostolus cap. 5. Vers. 16. Confiteamini alterutrum peccata vestra, & Evangelista Joannes in Epist. 1. cap. 1. Vers. 9. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus Deus, ut nobis peccata nostra dimittat: utique demonstratur usum Confessionis Sacramentalis ad aures Apostolorum, ac Sacerdotum subinde ab eis ordinatorum ad remittenda peccata continentium, quia, ut ait Tirinus in Indice Tertio Controversar. Fidei Controv. 23. num. 7. Sacerdotes non poterant rectè judicare de peccatis, nisi illa cognoscerent; cognoscere autem non poterant, nisi pœnitentes illa aperirent. Hinc S. Clemens Papa, & Martyr, qui fuit discipulus

- 1 Ius SS. Apostolorum, Petri & Pauli, juxta illud ad Philippenses c. 4. n. 3. Adjura illas, que tecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vite; & qui Pontifex creatus fuit Anno Domini 93. Domitiani verò Imperatoris Decimo; in sua Epistola secunda ad Corinthios, loquens de Confessione Sacramentali, hæc habet: Quamdiu sumus in hoc mundo, de malis, que in carne gessimus, ex toto corde resipiscamus, ut à Domino salvemur; dum habemus tempus pœnitentiæ; Postquam enim mundo exivimus, non amplius possumus ibi confiteri, aut pœnitentiam agere: ubi per pœnitentiam intelligit satisfactionem, per Confessionem verò, secretam peccatorum coram Sacerdote accusationem. Sed & S. Dionysius Areopagita, qui pariter fuit Divi Pauli Apostoli discipulus, reprehendens Demophilum Sacerdotem, qui alium ei sua peccata confitentem rigidè increpaverat, ac repulerat, Epist. VIII. ita scribit: Tu verò, ut tue Littere indicant, procedentem Sacerdotem Sacerdoti, impium, ut ait, atque peccatorem, nescio quo pacto, contra disciplinam ordinem, adstant calcè abiecit, ac repulsi: cum ille quidem verendum (quod oportuit) fateretur, se ad peccatorum remedia querenda venisse; neque exhorruisti insuper, & Sacerdotem optimum lacerare conviciis, miserabilem cum dicens, qui pœnitentem, atque impium iustificasset. En itaque usus auricularis, ac Sacramentalis Confessionis in primordio Ecclesiæ, in primordio Christi nativitate; ut differit Eminens. Card. Baronius Anno ejusdem Relemporis LVI. Spondanus eodem Anno num. 6. & novissimè Galpar. Ivenin in Comment. Hist. & Dogmat. de Sacramentis Dissert. 6. quest. 5. cap. 1. art. 2. §. 1.

Secundi verò sæculi, ejusdem Confessionis Sacramentalis usus testes sunt S. Ireneus, Tertullianus, ac Minutius Felix, qui eodem sæculo secundo vivebat. S. Ireneus Episcopus, & Martyr, qui S. Policarpum Joannis Apostoli discipulum præceptorum habuit, scribens reversionem ad Ecclesiam quamdam mulierum Rhodanensium, quam Magus nomine Marcus, seduxerat; lib. 1. advers. hereses cap. 9. ait: Hæc seipsum convertit ad Ecclesiam Dei in Exomologesi confitens, plangens, & lamentans ob hanc, quam passa est ab hoc Mago, corruptelam. Per exomologesim autem veteres Patres semper intellexisse Sacramentalem Confessionem probat Eminens. Cardin. Baronius, & ejus compilator Spondanus d. Anno 56. num. 6. & 7. ubi ex eodem S. Ireneus lib. 3. cap. 4. in fin. advertunt, etiam Cerodoneum Hæresarcham sæpè exomologesim, idest Confessionem Sacramentalem fecisse; sed ad vomitum pravorum dogmatum esse reversum. Tertullianus fusè explicat, quid esset exomologesi de Pœnitentiæ cap. 8. & 9. describensque ibid. tres Pœnitentiæ partes, dolorem, Confessionem delictorum, ac satisfactionem, ita aperte loquitur de Sacramentali, auricularique Confessione, ut de ea nemo orthodoxe dubitare possit dubitare, teste Panellio, & aliis doctissimis viris ab Eodem Eminentijs. Baronio, & Spondano, ubi proxime allegatis. Sed & in libro de Baptismo cap. 20. Tertullianus demonstrat ejusdem Confessionis usum in illo tempore, dum narrata publica Confessione peccatorum suorum, quam tunc faciebant Catechumeni, subdit: Nobis gratulandum est, si non publicè confiteamur iniquitates, aut suspicandior nostras. Insuper in hanc veritatem Minutius Felix ejusdem Tertulliani contemporaneus, referens calumniam in Christianos confatam à Gentilibus, qui dicebant, ipsos adorare solitos virilia Sacerdotum; quia, ut exponit Emin. Card. Baronius d. Ann. 56. cum illi ad eorum genua procumbentes, suaque illis confitentes peccata, summis veniam deprecarentur, apud Gen-

tilis hæc non intelligentes, ejusmodi nefanda invaluat existimatio.

Terti sæculi testes sunt sequentes circa usum Sacramentalis Confessionis, quos recenset Emin. Baronius, & Spondanus d. Ann. 56. n. 6. & 7. & Ivenin d. art. 2. §. 2. videlicet: Eusebius lib. 5. cap. 27. recitans, Natalium Hæreticum suam exomologesim fecisse Romæ coram Zephyrino Pontifice, qui Petri Cathedram ascenderat Anno 203. eamque fuisse facturum Marcionem, nisi morte præventus impeditus fuisset, ut asserit Tertull. de Præscriptionib. advers. hereticos. Origenes, qui vivebat Anno 226. pluribus in locis suorum operum de Sacramentali Confessione loquitur, quæ referuntur ab Emin. Card. Baronio, Spondano, & Ivenin ubi supra; & præcipue Homil. 2. in Levit. in illis verbis: Est adhuc & septima, licet dura, & laboriosa, per pœnitentiam remissio peccatorum; cum lavat peccator in lacrymis stratum suum, & sunt ei lacrymæ sive panes dicit, ac nocte, & cum non erubescit, Sacerdoti Domini indicare peccatum suum. Et homil. 2. in Palm. 37. Data similitudine evomendum ad liberandum stomachum ab indigestione, ait de peccatore; Si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum, & confitetur, simul evomit & delictum, atque omnem morbi digerit causam. S. Cyprianus Episcopus, & Martyr, qui floruit Anno 250. frequenter loquitur de peccatorum Confessione; utpotè in libro de lapsis, dum ait: Confiteantur singuli, queso Vos fratres, delictum suum, dum adhuc qui deliquit in seculo est; dum admittitur Confessio potest. Et infra: Apud Sacerdotes Dei dolent, & simpliciter confitentes, exomologesim conscientie faciunt, animi sui pondus exponunt, &c. Et Epist. 10. Secundum discipline ordinem ad exomologesim veniant, &c. & reliquis pluribus aliis locis, per supracitatos Auctores relictis; Epist. 52. in fine subiungit; Apud inferos confessio non est, nec exomologesim illic fieri potest: qui ex toto corde pœnitentes, & rogaverint, in Ecclesiam debent interim suscipi. Sed hoc idem concludenter probat exemplum S. Fabiani Papæ, qui Pontificatus gessit ab Anno 238. usque ad Annum 252. noluit enim Sanctus Pontifex communionem Ecclesiasticam Philippo Imperatori Christiano impartiri, nisi prius confessus fuisset peccata sua, & inter pœnitentes se collocasset; ut tradit supracitatus Eusebius lib. 6. c. 27. & referunt Emin. Card. Baronius, ac Spondanus ad Annum Christiani 56. n. 7. nec non Illustris. Sarnelius in Basilicographia cap. 18. num. 5. Nec omittendus Lactantius Firmianus, qui in hoc tertio sæculo vixit; ipse enim lib. 4. Institut. cap. 17. comparat Sacramentalem Confessionem Circumcisioni Moisaicæ ob pudorem partis, quæ erat denudanda; subdens: ob hanc causam Deus nudari eam iussit, ut hoc argumento nos admoneret, ne involutum peccus habereamus. idest, ne quod pudendum facinus intra conscientia secreta velemus. Hæc est cordis circumcisio, de qua Propheta loquitur, quam Deus à carne mortali ad animam transfudit, que sola mansura est. Volens enim vitæ, ac salutis nostre pro eterna sua pietate consulere, pœnitentiam nobis in illa circumcisioe proposuit: ut si cor mundaverimus, idest si peccata nostra confessi, satis Deo fecerimus. Refertur etiam à Soto in 4. dist. 18. quest. 1. art. 1. colum. 19.

Quarti sæculi ampliora reddunt testimonia tum Latini, tum Græci SS. Patres, in eo viventes. Horum unus est S. Pacianus Episcopus Barcin. qui in Patrenesi ait: Tertio de his erit sermo, qui confessi bene, aperisque criminibus remedia pœnitentiæ, adusque ipsos Exomologesi administrande aut nesciunt, aut repulant; & subinde invehit contra illos, qui dimidiabant Confessionem, tacentes præ verecundia aliqua peccata. Ergo Sacramentalis, & auricularis confessio eo tempore erat in usu. Idem confirmat S. Hilarius Pictaviens. Episc. qui Comment. in Matthæum de eadem